menium deformatio proueniens ex rui-
nis luce clarius manifestant? nunquid
non hec fidelium cõtracta deposita? nun
quid non hec ipsa veneranda dei tẽpla ꝑ
sidẽtis manu sacrilega diebus nr̃is nefa
rie violata ꝓclamãt? qd plura? nõne ipsi
us vrbis retro actis temporibus incorru
pta ꝯstãtia sub regẽtis eo corpe nephãdi

subuersa regimine ipam vrbē speculū fi
dei tāta respersit ifamia: vt a matre sua
romana ecclia filia p̄dilecta deuiare com
pulsa: quandā corradinū q̄ de venenosa
radice federici quondam romani impa=
toris colubri tortuosi iusto ipsius eccle=
sie iudicio reprobati ꝓdiisse videbat in
regulū quicq̄ad exterminiū romane ma
tris ecclesie manifestis iudiciis vna cuz
suis fautoribus aspirabat: ⁊ in contem=
ptum dei ⁊ sue matris / ac ipsius vrbis
opprobriū patēter recipat: recepto faue
ret / constituēs se ꝑ hec tā patētis hostis
sue matris ecclesie filiam adiutricē: hoc
ipi rome prestiterunt senatores sco gni=
ti: hoc p̄sides improuisi: vt gloriosa ciui=
tas redderetur in gloria: sua stabilitas
vocaretur instabilis. sueq̄ constātie an=
tiquata soliditas linguis hominum vo=
caretur ifirma. ¶ Proinde officii nostri
debitum circa huiusmodi tam periculo=
sos euentus: ad librā moderaminis eri=
gentes tāte subuersionis occasiōes: ita
salubris remedii appositione p̄cipimus
ne illorū [qui ipsam rēpublicam lauda=
biliter hactenus gubernauerunt] videa

mur gloriam suggillare: vel merita q̄ ales apud infallibilē & scientē oīa terribilia retributorem de iā platis quesita laboribus salua psistāt. vt ergo circa regimē ipm talis adhibeatur in oibus cum discretione solertia: p quam ipi romane ecclesie plena libertas [q̄ in oibus & per oia sibi debetur] optata pueniat: vitent iam expta picula: & romāus populus ab opprimentiū pfectus icursibus sedeat: secūdo quiescat in pulchritudinē pacis in tabernaculis fiducie: & ipaliū reqe opulēta de fratrū nostrorū psilio: hac irrefragabili & inppetuū valitura cōstitutione sancimus: vt quādocūq & quotiēscūq senatoris electio vel alr̄ius q̄cūq noie censeat: q̄ quecūq mō vel q̄cūq titulo ipius vrbis debeat p̄esse regimini: i posterū imiebit: nullus ipator seu rex romanorū: aut alius impator vel rex pīceps marchio: dux: comes: aut baro vel q̄cūq alr̄ius notabilis p̄eminētie/potētie/seu ptātis excellente: vel dignitatis existat: frater filius: vel nepos eorū ad tempus vel imperpetuū: seu quiuis alius vltra annale spaciū quouis mō colore vel cau

sa per se vel aliā psonā quomodolibet submittendā in senatorē: capitaneū patriciū: aut rectorē: vel ad eiusdē vrbis regimen seu officiū nomineɫur: eligaɫ seu alr̄s etiā assumatur absq; licentia sedis aplice spāli p ipius sedis litteras concessionē licētie hmōi spāliter exprimentes ¶ Quod si sec9 factū fuerit nolationē / electionē ⁊ assumptionē hmōi decernim9 eē nullas: ac carere oi robore firmitatis ⁊ nō solū nolatores electores / ⁊ assūptores: verū etiā nolati: electi: ⁊ assumpti: si hmōi nolationi: electioni: seu assumptioni: consenserint: aut se de ipis q̄libz mō intromiserit itēdētes ⁊ obediētes eisdez ⁊ in hoc oēs dātes ipis nolatoribus: electorib9: assūptorib9: aut nolatis. electis vel assūptis auxiliū: consiliū vel fauorez publice: vl' occulte: cuiuscūq; dignitatis: preminētie: cōditionis: aut status extite rit: eo ipo sniaz excōmunicatiōis icurrāt ac nihilominus ipos nolatos: electos seu assumptos: si contra constitutionem pn̄tem predictis nominationi: electioni vel assūptiōi ɔsenserit: aut se quoquo mō illis igesserit ⁊ eorū posteros ipp: tuū om

nibus:feudis:puilegiis libertatibus: i-
munitatibus:gratiis:z honoribus:q̄ a p̄
dicta seu aliis tenēt.ecclesiis cēsemus eē
p̄uatos:ita q̄ illi ad quos eorū collatio:
cōcessio:seu dispositio ptīet:resumēdi ea
aut retinēdi:cōcedēdi:seu ɔferēdi aliis:
seu de ipis ēt disponēdi[put ad eos ptī
net]liberā habeāt ptātem:z ne talit noia
ti:electi:vel assum pti de sua ptinacia:vel
ɔtēptu valeāt gloriari:nos q̄libet mādā
ta:pcepta:ordinatiōes:z statuta q̄ fece-
rit:oēsq̄ sn̄ias q̄s tulerit z q̄cquid peni-
tus in ɔctibus z obligatiōibus:seu q̄bus
cūq̄ aliis vrbis nomine:vel tanq̄ senato
res:capitanei:patricii:aut rectores vl' of
ficiales ipsius egerit:irrita p̄sus ex nūc
z vacua nunciamus. Judices vero z ta-
belliones qui sup his aut eorū aliq̄bus
ɔ. p̄ntis cōstitutiōis edictum patrocina-
ri vel instrumenta conficere forte p̄sum
pserit iudicat⁹ z tabellionatus officiis se
nouerint esse priuatos. Contemptores
quoq̄ seu violatores premissorū vel ali
quorum:vel alicuius eorum ab hmōi ex
cōicatiōis sn̄ia[preterq̄ in mortis articu
lo]absolui non possint: nisi p romanum

Pontificez/ vel de ipsius petita ⁊ obtenta
licētia speciali. nō obstātibus aliquibus
priuilegiis ⁊ indulgētiis: cōcessiōibus: cō
stitutionibus: cōsuetudinibus ⁊ statutis
q̄cūq₃ firmitate valātis: q̄ in p̄missis ol:
bus nolum⁹ aliq̄b⁹ vel alicui suffragari
s₃ oia q̄ ad illa decernim⁹ nō tenere. ¶ Ut
aūt ciues romanorū qui ex ipsa vrbe na:
turalem duxisse noscuntur origine₃: aut
quiuis alii qui in ipsa eius ve territorio
nō aduene: s₃ cōtinui habitatores extite:
rāt: q̄ ad honores ipsius vrbis: aut regi:
mē gratiosis fūctiōibus potiāt: nō intē:
dim⁹ q̄ p̄ns cōstitutio tales excludat: q̄n
ad vnū annū dūtaxat vel ad aliud tēpus
breuius nolati ad ipsius regimē ⁊ officiū
eligi valeāt ac assumi: etiā si p̄dictor̄ p̄n
cipū ⁊ alior̄ fratres: filii vel nepotes exi
stāt aut etiā si extra vrbē ⁊ ipsius territo
riū sub noīe comitatus: barōe seu cuius:
cunq₃ alterius tituli in hoībus vel locis
aliquibus iurisditionē seu potestatē ali:
quā tēporalē vel ppetuā obtinerēt dum
mō p̄dicta iurisditio vel ptās extra vrbē
⁊ territoriū p̄fata cōsistēs: nō tāte p̄emi:
nentie vel notabilis potentatus existat

q eã obtinẽtes eius occasiõe vel cã cum aliis exclusis a dicto vrbis regimie [vt p̃mittit] p̃ñtis constitutiõis rõnabilit includant. Bonifacius.viii. Cap.xviii.

QUãq in casu negligẽtie sit statutũ a iure vt ecclesia cathedrali vacãte: si p eos ad quos spectat non fuerit electio de prelato infra tp̃s debitum celebrata: eligendi ptãs ad supiorẽ primum deuoluat: hoc tñ nõ est ad casũ aliũ extẽdendum. Igitur si electores in hmõi ecclia vel ipo iure cũ eligũt sciẽter idignuz vel p sñiam: cũ formã traditã i gñali cõcilio non obseruant: eligendi ptãte p̃uẽtur nõ ad dictũ supiorẽ: sed ad romanuz põtificẽ ptãs eadẽ deuoluet. ¶ Secus autem in inferioribus ecclesiis est censendum. ¶ Idẽ in eodem. Cap̃.xix.

IS qui contra electionis formã vel electi p̃sonã aliq̃ obiiciens ad sedez aplicã appellauit: corpali a se p̃stito iuramento: q illa que i appellatione sua exp̃sserat: vel ea q̃ de ipis deberent sufficere: vera eẽ credebat: ⁊ se posse pbare non est sup obiectis vel expressis huiusmõi audiẽdus. ¶ Cum non simpliciter sicut

li tenebatur iuxta constitutionem felicis recordationis. Grego. pape. x. predecesso ris nostri editam in concilio generali Lug du. iurauerit expressa eadem seu obiecta se credere vera esse: et se esse probare: sed indeterminate illa vel ea que deberent sufficere dat eisdem. ¶ Idem. ca. xx.

Qui contra certam et nominatam perso nam ne ab aliis eligatur: ad sedem apostolicam antequam fiat electio: duxerit ap pellandum: debet per omnia in appellan do servare formam constitutionis felicis recordationis. Grego. pape. x. predecesso ris nostri: et circa: edite in concilio lugd. ac si electione iam facta cum contingeret appellare. ¶ Alioquin non observans pe ne constitutionis eiusdem se noverit sub iacere. ¶ Idem. ca. xxi.

¶ Sicut cum per formam scrutinii ad ele ctionem proceditur est per unum pronuncian da et facienda communis electio secundum canonica in stituta sic et per unum debet fieri: cum per for mam proceditur compromissi. ¶ Quis in ar bitriis compromissariis lex humana innuat quod ab eis omnibus sit pronunciatio facienda: alioquin a pluribus compromissariis fa

cta simul electio eo ipso viribus nõ sub=
sistat. ¶ Idem Cap.xxii.

S Tatutũ felicis recordationis. Gre.
x. pape predecessoris nostri de his
qui ad prochialiũ ecclesiarũ regimen as
sumuntur pmouendis ad sacerdotiũ i=
fra annum alioquin eisdẽ ecclesiis sint
priuati. ¶ Quod cũ sit penale/ restringi
potius cõuenit ꝙ laxari. ¶ Declaram⁹
ad collegiatas ecclesias: etiã si alias pro
chiales extiterint: ⁊ assumptos ad earũ
regimẽ nõ extendi: sed antiqua iura ser=
uari debere poti⁹ in eisdẽ. Idẽ Ca.xxiii.

¶ Si cui eligendi ptãs data fuerit sub
hac forma vt ipe secreto: ⁊ sigillatim vo=
tis singulorum de capitulo exquisitis et
in scriptis redactis illum eligat in quem
plures de capitulo partium comparatio
ne minorum consenserint: licet consentiẽ
tes maiorem partem totius capituli nõ
attingant: ipseqꝫ facto huiusmodi scruti
nio ⁊ in scriptis redacto iuxta traditam
sibi formam eum in quez nõ maior pars
sed plures de dicto capitulo quẽ i quẽꝙ
alium direxerant vota sua duxerit eligẽ=
dum.

¶ Talis electio.[cū pter formas qs ge
nerale consilium seruare statuit in ele=
ctionibus celebrandis:decernens eos si
aliter fierent non valere fuerint attenta
ta]robur non obtinet firmitatis.

¶ Idem. Capitulū.xxiiii

QUorūdā oculos sicuitiū ambi
tionis excecat.q quasi siue ꝓ
fessiōis imemores:q̄ cōtēptis
honoribus abiectis diuitiis:spretisq̄ de
liciis arbitriū ꝓpriū subiugarūt alte=
rius ditioni:retro respiciunt ad aratrū
manu missa dū precipitanter ruūt in li=
tigiorum anfractus:⁊ causarum strepi=
tibus se inuoluūt:⁊ extra administratio
nes proprii ordinis solium prelature cō
scendere moliuntur:electionibus:postu
lationibus:seu prouisionibus de se i di=
scordia celebratis:iprouide prestādo cō=
sensum:prebendi assensum a suo supio=
re nōnunq̄ extorta licentia potiusq̄ ob
tenta:ex quo animarum ⁊ ecclesiarū di=
spendia noscimus prouenisse: ⁊ prouētu
ra maiora i antea verisimiliter formida
mus ¶ Uolentes igitur huic pesti salu=
bri remedio obuiare.pñti ꝯstone sancis.

mus: vt nulli religiose predicatorum: minorum: heremitarum sancti augustini: aut quorumlibet mendicantium ordinum ex electione postulatione: prouisione: seu vocatione ad aliquam extra administrationem sui ordinis prelaturam in discordia de se facta ius de cetero acquiratur nec eorum aliqui tali electioni: postulationi: prouisioni: aut vocationi quomodo valeat consentire: etiam si magistri aut ministri vel prioris generalium eorundem ad id accesserit licentia vel consensus. ¶ Circa religiosos quoque alios cuiuscunque conditionis vel status existant volumus hoc seruari: vt nec ipsi electionibus postulationibus: prouisionibus / aut vocationibus a minori parte numero ad prelationes quaslibet de se factis [que hoc ipso quod a minori parte processerint nullum prorsus tribuant ius eidem] suum audeant prestare consensum: etiam si super hoc assensus vel licentia suorum interuenerit prelatorum. ¶ Nos enim quicquid contra premissa vel eorum aliquod a quoque contigerit attentari: omnino decernimus irritum et inane.

¶ Idem. Capitu. xxv.

UT quis duas electiões de se in aliqua ecclia celebratas prosequatur insimul: et confirmationem petat ex eis. ¶ [Cum non nisi ex vna ipsarum valeat ius habere] ratiōi cōsonū nō putamus. ¶ Etiam si se contentū esse velle altera p quā sue intentionis consequi possit effectū: in initio protestetur. oportet ergo eum [ne cū ipsius ecclie vel sui aduersarij] si quē habet [discrimine in incerto vagetur] eligere quā psequi velit ex illis et cōfirmationē petere tantūmodo ex eadē. ¶ Regressum ad aliā: cui p electionē alterius renūciare: sibiq; ius ex ea nō cōpetere profiteri videtur: nullatenus habiturum. ¶ Idem.

Capitulum.xxvi.

SI electio ex eo nō sortiat effectū: q electus cōsentire recusat: vel post cōsensuz renūciat iuri suo: āt forte diē claudit extremū: seu ppt ocultū ei9 viciū irritat: electores q iā fecerāt quod spectabat ad ipos infra iuris tminū eligēdo: habebūt a dissēsu renūciatiōe morte vel irritatione predictis acsi vacatio noua esset: tēpus integrū ad

electionem aliam celebrandam ¶ Dum
modo nil fraudulenter egerint in pmis
sis. ¶ Idem.
Capitulum.xxvii.

SI religiosus [cuius arbitriū non
ex sua cum velle vel nolle non ha=
beat: sed ex illius quem vice dei supra ca
put suum posuit ꝛ cuius iperio se subie
cit: voluntate depēdet] electioni de se ad
plationem aliquā extra suū monasteri=
um vel suā ecclīam celebrate: sui superi
oris: q̄ dare ipsam valeat: non petit a licē
tia et obtenta psumpserit cōsētire: cōsē
sus sic pstitus non teneat: ꝛ in penā pre=
sumpsionis illius: electio eadē ipso fa=
cto viribus vacuetur omnino.
¶ Quia vero vtrum religiosis consen=
tiēdi electionibus de se factis ꝛ ad pre=
lationes ad quas electi fuerint transeū
di a suis superioribus: sine fratrum con
silio licentia dari possit [cum iura super
hoc sint varia] dubitatur interdum.
Nos ad huiusmodi dubitationem tol=
lendam: ꝛ vt ordinationes ecclesiarū ac
monasteriorum in quibus tales electi
extiterint celerius ꝛ facilius valeant ex=

pedimi: decernimus vt idē superiores [su
is irrequisitis 9uētib⁹] electis hmōi 9sēnē
di trāseūdi: liberā dare valeant facul ta
tem. ¶ Idem Capitulum. xxvii.

Nullus religiosus ad abbatiā seu
prelaturā sue/ vel alterius religio
nis decetero eligat nisi antea fuerit or
dinem regularem expresse professus.
¶ Quod si cecus actū fuerit eoipō irrī
tum habeatur. ¶ Ad dignitatem vero
epālē [ad quā nouitii eligunt īterdū] ta
lē secularib⁹ vt regularib⁹ ecclesiis eli
gi minime phibemus. Idē. Capitu. xxix

Cum expediat cōcordare iura iu
ribus: ac eorum correctiones [si su
stineri valeant] euitari. ¶ Decretalē fe
licis recordationis Inno. pape. iiii. pre
decessoris nostri: que innuit: sub ea for
ma posse in electionibus compromitti:
vt compromissarii secre.o & sigillati vo
luntatibus omnium inquisitis illum in
quem maior & sanior pars capituli con
senserit eligere teneantur: declaramus
abrogatam non esse per subsecutum cō
ciliumgenerale/ immo potest i ipsis ele
ctionibus vt prius procedit licite per eā
dem. Idem. Capitu. xxx.

Cum non deceat alicui suum officiũ esse damnosum. ¶ Statuimus vt hi qui iuxta constitutionem felicis recordationis. Nicolai pape tertii predecessoris nostri super hoc editã ad apostolicã sedẽ venerit: eã citra initium electionum negocia instructuri. [Cuz tales ecclesiarum suaruz prosequentes vtilitatẽ senseri debeãt residẽtes] fructus bñficiorꝫ suorꝫ que obtinẽt in illis ecclesiis quarũ negocia prosequũtur. ⁊ etiã aliorũ quos reciperet vel possent recipere in ipsis ecclesiis residendo: integre [quotidianis distributionibus duntaxat exceptis] recipiant: ad sedem ꝓpterea veniendo eandẽ: ibidẽqꝫ hoc de causa morãdo ⁊ ad ipsas ecclesias redeũdo: acsi personaliter in eisdem ecclesiis residerent. ¶ Non obstantibus quibuslibet consuetudinibus vel statutis ecclesiarum ipsarum cõtrariis seu priuilegiis quibuscunqꝫ: per que premissoruz effectus posset quomodolibet impediri.

¶ Idem in eodem. capitulum.xxxi.

Ab eo qui cõtra electũ vel postulatũ seu promouendum ad aliquam di-

gnitatē inter cetera q̄ obiicit euidentem notorium seu manifestum sciētie vel ali um persone defectū opponit: ipsius defectus oppositio vel ei⁹ qualitas neque unt postea reuocari ¶ Cū em̄ opponēs [si quod de defectu opposuit hmōi destitui veritate contingat] a prosecutione cause debeat omnino excludi: et puniri perinde acsi in ꝓbatione oēm q̄ obiecerat defecisse. iustū ē vt [postq̄ ad oppositionem eandē processit] nequeat in p̄iudiciū eius cōtra quem opposuit vlteri⁹ penitere. Idem.

Capitulum .xxxij.

Ex eo ꝙ ad electionē epi que te in pupillari constituto etate in tua ecclesia extitit celebrata: cū ceteris eiusdem ecclesie canonicis non fuisti admissus: de cōtēptu cōqueri aut electionem eandem impugnare non potes. ¶ Cum tam iuris q̄ rationis existat: vt tales [cū discretione careant] ad p̄standū in electione suffragium nullatenus admittātur ¶ In ecclesiis quoq̄ regularib⁹ vł monasteriis hi qui non sunt tacite vel expresse professi non debent cum professis

Uel conuersi laici cum clerici electionibus interesse.

¶ Idem. Capitulum .xxxiij

SI postq̃ ab electione in cathedrali vel regulari ecclesia celebrata fuerit i scriptis ex causa ꝓbabili q̄ ꝓbata deberet legitima reputari ad sedē apostolicā appellatū: electionem ipsam per ordinarium confirmari contingat huiusmodi confirmatio: nisi prius fuerit canonice ab appellatione ipsa recessum [cum sit ab eo qui non potuit de facto presumpta] nullam obtinent roboris firmitatem.

¶ Si vero electus qui iuxta constitutionem felicis recordationis Nicolai pape tertij predecessoris nostri ad dictam sedem venerat pro electionis sue negocio prosequendo de romana curia sine licentia recesserit anteq̃ huiusmodi negocium sit finitum: eius electio auctoritate constitutionis ipsius [que non solū vt quis veniat: sed etiam ex sui men-

te exigit q̄ vsq3 ad finem negocium pro
sequatur]eo ipso viribus euacuatur omnino
¶ Cū aūt ab electiōis ↄfirmatiōe vel fa
ta ꝓuisione ꝑ eum ad quē ꝓpter inferi
orum negligentiam fuerat deuoluta eli
gendi potestas ad sedē appellatur eandez
ↄstitutionē ꝑdictā i veniēdo ⁊ mittendo
⁊ aliis q̄ ꝑstrigūtur i ea ↄuenit obseruari

Idem.

Capitulum.xxxiiii.

Cum ex eo q̄ felicis recorda
tiōis Greg.pa.x.ꝑdecessor nr̄
statuerit i cōcilio lugdunēsi vt
ad regimē prochialiū ecclesi
arū assūpti:se ad sacerdotiū ꝓmouerii fa
ciāt ifra annū a sibi cōmissi regiminis tē
pore ↄnumerādū: ⁊ ꝑsonalit̄ residiāt in
eisdē. ¶ Alioquin si ifra idē tēpus ꝓmo
ti nō fuerint hmōi ecclesiis absq3 monitio
ne alia sint priuati:nōnullis extunc par
rochiales ecclesias recusantibus accep
tare legendi et proficiendi[cum eis fa
cultates non suppetant: nec ab ecclesia
rum prelatis de aliis beneficiis in ple
risq3 mūdi ptib⁹ iterdū ꝓuideatur eisdē]
opportunitas sit sublata in grande vni

uersalis ecclesie:[q̃ ad sui regimẽ viris
lr̃atis p̱maxime noscitur idigere] dispẽ
dium ⁊ iacturã:nos sup̱ hoc multoꝝ in
stantia excitati:frequenter volentes cu=
pientibus in sciẽtia ꝓficere:vt fructum
in dei ecclesia suo tp̃e afferre valeant o=
portunũ vtiliter prouidere: p̃nti ↄstitu=
tione sancim⁹ vt ep̃i eorũq; sup̱iores cũ
his qui hm̃oĩ subiectas sibi ecclesias ob
tinẽt vel obtinuerit in futurũ dispẽsare
possint libere q̄ vsq; ad septẽniũ littera
rum studio insistentes promoueri mini
me teneãtur.nisi ad ordinẽ subdiacona=
tus dũtaxat:ad quẽ infra predictũ annũ
recipiendũ[ne sicut a multis de xp̃i pa=
trimonio sublimatis olim factum ee di
noscitur]a statu retrocedere valeant cle
ricali omnino astringi volumus:⁊ nisi re
ceperint pena cõtenta i dicto consilio eo
ipso p̱celli. ¶ Porro septẽnio p̃dicto du
rante iidem episcopi et superiores solli=
cite prouidere procurent vt per bonos
et sufficientes vicarios ab eis in huius=
modi ecclesiis deputandos animarum
cura diligenter exerceatur:et deseruia=
tur laudabiliter in diuinis: quibus de

ipsarum ecclesiarum prouentibus neces
saria congrue ministrentur. ¶ Elapso
vero dicto septennio: hi cum quibus fue
rit [vt premittitur] dispensatum: ad dia
conatus ⁊ p̄sbiteratus ordines infra an
nū se faciāt promoueri: alioquin extunc
dictā penā [nisi iusta de causa omiserit]
ipso iure se nouerint incursuros.

¶ Idem. capitu
lum. xxiv.

Commissa tibi p̄rochialis ec
clesia q̄q̄ tātū de anno trāſ
ierit: q̄ infra ip̄m nequeas
iuxta statutum generalis concilii lugdu
nensis ad sacerdotium promoueri non
[nisi tunc demum cum ex toto fuerit ip
se annus elapsus] censenda vacare: nec
potest alteri antea te nolente conferri.
¶ Annus autem huiusmodi qui a tem
pore illo incepit: quo ipsius ecclesie re
gimen commissum tibi extitit: et posses
sionem eius pacificam habuisti: vel per
te steterit quo minus haberes eandem ti
bi non currit: si promoueri iusto impe
dimento detentus infra tempus huius
modi nequiuisti. ¶ Porro si infra

dictum tempus non fuerit rationabili causa cessante promotus tibi ecclesia ipsa qua dicti statuti auctoritate iam priuatus existis / ne statutum ipsum fiat ludibrio: debitoq; frustretur effectu: et non rebus sed verbis: cum sit potius cōtrarium faciendum: lex imposita videatur nullatenus ea vice poterit ifato ꝯferri. ¶ Ceterum si promoueri ad sacerdotiū nō intendens parrochiale receperis ecclesiā: vt fructus ex ea per annuz percipias ipsam postmodum dimissurus [nisi volūtate mutata ꝓmotus fueris] teneberis ad restitutionē fructuum eorundem cū eos receperis fraudulent. ¶ Illum autem qui eam tibi contulit: cum te non crederet ad huiusmodi ordinem promouendum [preter diuinam quam exinde incurrit offensam [ad seruandam indamnem eādē ecclesiā decernimus obligari. ¶ Idem.

Capitulum.xxxvi.

¶ Si abbatē ecclie romāe imediate subiectuz in vrm epm elegistis reprehendi exinde nulla rone potestis ei tn̄ ab alio q̄a nobis vł aplice sedis legato si sit ip.

consentire. ¶ Porro eo casu cum. s. indi
gnus eligitur ab eodem compromitten
tes [q̄s illius odio non cōuenit pregra=
uari] nequaq̄ [nisi sicut p̄mittitur ratū
habuerint] puniuntur: sed ipse [vt pena
suuz auctorem teneat] a bn̄ficiis eccle=
siasticiis triennio iuxta lateraneñ. conci=
lium suspenditur ipso iure. ¶ Huiusmo
di quoq̄ pena nec in ep̄o si ad eligendū
fiat cōpromissarius sic peccante [cum de
iure nullā sententiam suspēsionis incur
rat: nisi de ip̄o expressa mentio habeat]
nec aliorū q̄ ep̄oꝝ et superiꝝ ep̄oꝝ ele
ctionibus: cū peccat in ipsis vendicat si=
bi locū. ¶ Restringitur etiā dicta pena
solū ad ea bn̄ficia q̄ sic peccans i illa ob
tinet ecclesia: quam taliter eligendo spe
cialiter noscitur offendisse. ¶ Et idez in
illius bn̄ficiis est censendū: qui alicuius
electionem: postulationem: aut puisio=
nem impugnans in probatione deficit
eius quod obiicit in personam.

¶ Idem. cap. xxviii.

PRocurator ad appelandū contra
electionem postulationem aut pro
uisionem alicuius non aliter idone⁹ de

cetero. reputetur ꝙ si omnia que in formam obiicere vel personas ꝛ propter q̄ appellare intendit: singulariter et clare in eius procuratorio sint expressa.
¶ Habeatq̄ speciale mandatum iurandi corporaliter in eorum animas quorū procurator existit: ꝙ ipsi credant expressa huiusmodi vera esse: ꝛ se posse ꝓbare
¶ Idem. Capitulum. xxix
¶ Si confirmationem electionis propt debitā iuris solennitatem in confirmatione ipsa omissam: vel ex eo quia ipse qui confirmauit: confirmandi non habuit potestatem: cassari seu cassam ꝛ irritam nunciari contingat: non propter hoc precedens electio [si alio sit canonica] itelligitur infirmari. ¶ Idē. Cap. xl.
Quia sepe contingit ꝙ cathedralibus et regularibus ac collegatis ecclesiis vacantibus: capitula conuentus: collegia: ꝛ singulares earundem psone bona a prelatis ipsarum dimissa: vel vacationis tempore obuenientia: que inutilitatem dictarum ecclesiarū expendi: vel futuris deberent successoribus fideliter reseruari: occupant inter

se diuidunt: surripiunt: dilapidant: dissipant. et consumunt in earum graue dispendium & iacturam.

¶ Nos ipsorum ausus reprimere ac ecclesiarum indemnitatibus precauere volentes: decernimus vt hi qui premissa de cetero presumpserint eoipso sint & tandiu maneant ab officio et beneficiis quibuscunq suspensi: donec plene restituerint quicquid de bonis perceperint supradictis.

¶ Non obstantibus quibuslibet priuilegiis vel indulgentiis aut contrariis consuetudinibus constitutionibus vel statutis iuramento confirmatione sedis apostolice/aut alia quacunq firmitate vallatis: que omnia quo ad hoc auctoritate apostolica reuocamus: cassamus & irritamus: ac nullus deinceps volumus esse firmitatis.

Idem. capi.xli.

Constitutio felicis recordationis Grego. pa. prede. no. edita in concilio lugdunen. formā exprimens secūdū quā ab his qui in electiōibus: postulatiōibus: aut prouisionib9

se opponūt: debeat appellari locum sibi nō vendicat: nisi solū cū in eis extra iudiciū appellatur. ¶ Quādo vero in iudiciis in huiusmodi negociis appellari contingit anteriora iura. ¶ [Cū p eā immutata nō fuerint] obseruari oportet.

¶ Idem. Capitu.xlii.

IS cui pcuratio seu administratio cathedralis eccl'e plena ⁊ libera in spūalibꝰ ⁊ tpalibꝰ a se.ap. [cui soli hoc cōpetit] ē ɔmissa: pōt [alienatione bonoꝝ imobiliū dūtaxat excepta] oīa q̄ iurisdictiōis epalis existūt: ⁊ q̄ pōt electus exequi cōfirmatus libere exercere. ¶ Illa quippe que ministeriū ɔsecrationis exposcunt [nisi fuerit eps] per alios faciat episcopos expediri.

¶ Idem. Capitu.xliii.

INdēnitatibus monasterioꝝ monialiū que frequēter propter electiōes in discordia celebratas in ipsis grādiā spūalibus ⁊ tpalibus dispēdia patiunt occurrere desiderabil'r affectātes statuimꝰ: vt cū in eis fuerit electio faciēda nulla mo-

alis[nisi duodecimum annum perge=
t et professa fuerit tacite vel expresse]
d eligendum cum aliis admittatur:nec
abbatissam aut priorissam[vbi p prio=
ssam monasterium gubernamur] de ce
ro eligatur aliqua nisi tricesimum an=
um compleuerit:z expresse pfessa fue=
t ordinem regularē.¶ Sane si ad elec
ionem per formam scrutinii proceda=
ur:z[votis in diuersa diuisis]electiões
lures in discordia celebrari contingat:
a quē a duabus partibus numero fue=
it celebrata[exceptione seu cōtradictio
e aut appellatione quacūqꝫ partis alte
ius nō obstāte]per superiorem[prius
amen ex officio prout spectat ad ipsum
iligenti examinatione premissa]si alias
nuenta fuerit canonica confirmetur:et
onfirmate electe[si abbatissa extiterit]
enedictio impēdatur. ¶ Si autem nul
a earūdem electionum a partibus fue=
it celebrata duabus:tunc[non obstante
p sit publicatum scrutinium ad electio=
ēꝫ processum] possint moniales que in
liam vel in alias direxerant vota sua li=
ite per consensum:anteqꝫ ad actus de

uertant extraneos]omni prauitate cessan te ad illam accedere:que ab aliis maiorē partem conuentus numero facientibus est electa. Et si per accessum huiusmodi ad duas partes peruenire poterit: illis que antea in eam consenserant computa tis:cōfirmetur ꝛ benedicatur. acsi duas partes ab initio habuisset: vt in casu pro ximo est premissum.¶ Verū si que fue rint moniales q̄[postq̄ȝ in premissis casi bus talis confirmata ꝛ bn̄dicta extiterit: ac possessionē sue administrationis fue rit assecuta] voluerint in modū denūcia tionis vel accusationis[vt a dignitate de ijciatur]adepta: ꝓponere aliq̄d contra ipsam: eis p̄ p̄dicta ꝓponēdi minime sit sublata facultas. ¶ Si vero ad illā que a maiori parte[vt premittitur]est electa noluerint alie accedere moniales: vel si accesserint: nō tot tn̄ q̄ cuȝ aliis prius in eā cōsentiētibus faciāt duas partes: tūc sup obiectibus ptis alterius si qui fue rint: ꝛ super aliis que in tali negocio sūt ex officio inquirenda:plene sine strepitu iudicij ꝛ figura per superiorem inquira tur primitus anteq̄ȝ confirmetur eadeȝ

lectio:vel etiam infirmetur: sed interi̅ presentis constitutionis auctoritate i spi ritualibus et temporalibus libere admi nistret:sic tamen ꝙ de rebus monaste rii nil penitus alienet:nec aliquam imo niales recipiat quoquomodo. ¶ Si qua vero a minori parte conuentus numero nominata fuerit:vel electa ex nominatio ne vel electione huiusmodi [quas eoips o ꝙ pars minor eas fecerit: vires ali quas nolumus obtinere] ipius aliquod quomodolibet non queratur nec ad eas ab aliis per consensum in hoc casu vale at accessus haberi. Ut autem cum per predictam formam pceditur facilius in huiusmodi monialium electionibus ad concordiam veniatur:decernimus vt no̅ zeli ad zelum:nec meriti ad meritu: sed solum numeri ad numerum fiat collatio in eisdem

¶ Ceterum si per formam compro missi fuerint in electione processum:et e lecte pars aliqua se opponat. Si mi nor: ipsius [vt in forma scrutinii sta tuitur:confirmetur electio:et eidem be nedictio impendatur: partis eiusdem

ↄtradictiōe vl' exceptione aut appellatio ne qualibȝ non obstāte: sȝ ꝑ hoc denūciādi vel accusandi tā postmodū sibi via minime sit ꝓclusa. si maior eius [donec de obiectis ⁊ aliis vt in eadē forma scrutinii premittit' fuerit inq̄situ̅ [ↄfirmatio] vel infirmatio ferat': sȝ iteri [vt ꝓdicit'] libē administret nisi forsā ꝑs opponētiū extiterit duplo ꝟ̄ ꝟ̄c em̄ administrare ipsam nolum' sed litis euētum potius expectare.

¶ Porro si si huiusmodi electionum negociis contingerit [in illis dumtaxat casibus in quibus oppositiones iuxta premissa fuerint admittende] ad se. apo. appellari: appellantes formam constitutionis felicis recordationis Grego. pape ꝑdecessoris nostri edite in consilio lugdunen. diligentius seruare teneantur.

¶ Sed cum eas propter sexus verecundiam sueq̄ꝫ conditionis statum non deceat: nec ipsis expediat publico cetui demonstrari/ aut extra sua monasteria euagari: nolumus q̄ electe vel etiam eligentes aut appellantes: seu hec ↄtra quas appellatum fuerit ad eandem sedem ꝑsonaliter veniant quo quomodo.

¶ Sed procuratores sufficienter instructos iuxta constitutionē pie mēorie Nicolai pape.iii.p̄decessoris nr̄i ad sedē ipsaȝ trāsmittāt:p eos electionū ac appellationū ꝛ postulationū suarū ꝓsecuture negocia ꝓut iusticia suadebit. penā i dicta constitutione contentam ipso iure[si hoc non fecerint]incursure

¶ Postremo hi quos ad dirigendas in huiusmodi electionibus moniales easdēm deinceps contigerit euocari:ab his prorsus abstineant: per que inter eas super faciendis ipsis electiōibus oriri possit discordia vel exorta nutriri: alias eo ipso excōmunicationis sententie se nouerint subiacere.

¶ Supradicta siquidem nedum in monasteriis in quibus sunt moniales viuētes sub aliquade religionibus approbatis: sed etiam in illis vbi sunt iuxta quarundam prouinciarum consuetudinem mulieres que nec propriis renunciant: nec professionem faciunt regulareȝ sed viuunt vt in secularibus ecclesiis canonici seculares: volumus per omnia obseruari:eo[quod supra dicitur]dumta-

rat excepto vt non intelligantur: nec e-
ligant non professe: cum in ipsis hoc locũ
sibi nequeat vendicare. per hoc tamẽ eo
rum statum/ordinem/seu regulam no-
lumus/nec intendimus approbare.
¶ Ad hec licet premissa que in multis a
iure communi discrepare noscuntur: cir
ca electiones in quibuslibet mulierũ mo
nasteriis faciendas: ex certis causis ra-
tionabilibus spiritualiter duxerim⁹ sta-
tuenda: intentionis tamen nostre nequa
quã extitit per illa quo ad electiones in a-
liis virorum monasteriis: vel quibusuis
ecclesiis celebrandis aliquid immute-
tur: sed iura precedentia in sua omnino
remaneant firmitate.

¶ Idem. Capitulum .xliiii.

P Rouida consideratione ge-
nerale consilium lugdu. cõ-
cessit vt ab appellationibus
in iudicio vel extra iudiciũ
ad sedem apostolicam in e-
lectionũ episcoporũ & eorũ su
periorũ negociis interiectis per quas ad

sedem ipsam eadem negocia deferūtur
ptes [nulla ĩueniēte prauitate] recede-
revaleāt anteq̄ ipi sedi.apo.appellatio-
nes eedem fuerint presentate: sed infe-
riores iudices quorum est [appellatio-
ne cessante] negociorum cognitio eorun
dem: si in hoc prauitas intercesserit: ante
omnia diligenter inquirant: ⁊ si eam in-
tercessisse repperermt: se non intromit-
tant vllatenus de eisdem: sed prefigant
ipsis partibus peremptorium terminū
competentem: quo cum actis ⁊ munimē
tis suis apostolico se conspectui repre-
sentent.

¶ Uerum cum nonnulli concessione hu-
iusmodi abutentes suam [inquisitione
prefata omissa] cognitionem in eisdem
negociis interponant ad confirmandas
electiones ⁊ consecrandos electos teme
re procedendo.

¶ Nos super hoc expressius prouidere
volētes ꝯfirmatiões ꝯsecrationis hmōi
⁊ quoscūq; processus alios quos [iqui-
sitione premissa non habita] contigerit
de ceto i talib9 negociis attētari: decerni
m9 nulli9 pēit9 existē firmitatis ⁊ ꝯfirmā

tes & cōsecrātes eosdem [vt i eo in quo peccauerint puniantur] ab episcoporuz confirmatione ac consecratione p annuz continuum ipso iure fore suspensos.

¶ Idē Capitulum.xlv

¶ Si eo tpē quo ꝓuisionē alicuius ecclesie cathedralis ex quauis causa dispositioni seu ordinationi sedis apostolice reseruamus: inhibentes ne ad electionem vel prouisionem faciendā in ea quomodolibet ꝓcedatur: & decernentes si secus super hoc a quoq̄ scienter vel ignoranter attentatū extiterit: irritū & inane iam ad electionem forsitan sit processus in ipa. ¶ Presenti cōstitutione sancimus q̄ licet reseruatio inhibitio & decretum hmōi non afficiant electionē vel alia que precedūt afficiūt tñ vt effectu careāt ea q̄ postmodū subsequūtur. ¶ Idē.ca.xlvi.

¶ Si quis iusto impedimēto detentus in electionis negocio nequeat commode interesse: potest nedum vni [prout dicit in concilio generali] sed & pluribus cōmittere vices suas: dum tamen eorū cuilibet det insolidum potestatem: et erit tunc melior conditio occupantis. ¶ Ne=

rum si ambo concurrant insimul: et postulant se admitti: audiri eos non expedit: quia possent vota sua dirigere in diuersos: sicque res non haberet exitum: et quod ab eis hoc casu fieret non valeret: sed his admittatur dumtaxat quem capitulũ vel pars maior elegerit: vel si concordare nequeant: is qui primo in instrumento vel litteris procurationis extiterit nominatus. ¶ Si autem nullus ipsorum insolidum fuerit deputatus: tũc ꝓpter rationem eandem ipsorum aliquis non debebit admitti: sibique imputet qui sic eos constituit indiscrete.

¶ Porro cum vnus est procurator simpliciter constitutus illis vnum suo et aliũ domini sui nomine in scrutinio nominandum duxerit nihil agit: nisi de certa eligenda persona sibi dominus dederit speciale mandatum tunc enim in illam eius et in aliam suo nomine licite poterit consentire

¶ Absens quoque licet null⁹ de collegio velit esse procurator eiusdẽ: nec ipse nolente capitulo extraneum valeat deputare: non poterit aliquatenus per litte-

ras exprimere votum suum quod nõ est
ante scrutinium: sed in ipso scrutinio se=
crete ⁊ sigillatim tantummodo exprimē
dum. ¶ Idem. Cap.xlvii.

Quoniã electionũ nõ in cõcor=
dia celebrata superior ad quem
electiõis ipius cõfirmatio p̄
tinet: ↄsueuit īterdũ sue ↄfir
matiõis celeritate p̄ferēs cu=
piditatē ꝓpriã iuri ⁊ inordinatũ affectuȝ
etiã eq̃tati: competitorē aliq̃n vbi alius
vel eos qui se volunt opponere: quando
electus est vnicus: supplantare: dũ nul=
lis vocatis ⁊ non discusso negocio p̄ repē
tinam confirmationem cito [contra do=
ctrinam apostoli] imponit manus electo
nos volentes huic morbo ⁊ fraudibus
obuiare presenti constitutione sancimus
confirmationes tales viribus omnino
carere: ipsasq; decernimus irritas ⁊ ina
nes. ¶ Vocationem autem huiusmo=
di nominatim vbi est coelectus: vel ap=
paret oppositor alias generaliter in ec=
clesia in qua electio facta est: vt si q̃ sint
qui se velint opponere compareant assi=
gnato peremptorio termino competen=

ti faciendam esse censemus. Que etiam si electio in concordia celebrata fuerit: volumus obseruari.

¶ De renunciatione. Bonifacius. octauus. Capitulum .pri.

Quoniã aliqui curiosi disceptantes de his que nõ multum expediunt et plura sapere q̃ oporteat: [contra doctrinã apostoli] temere appetentes: in dubitationẽ sollicitam .an. ro. pontifex [maxime cum se insufficientem agnoscit ad regẽdam vniuersalem ecclesiam: et summi pontificatus onera supportanda] renunciare valeat papatui: eiusq; oneris et honori: deducere minus prouide videbatur. ¶ Celestinus papa .v. pre. nr̃ [dum eiusdẽ ecclesie regimini p̄sidebat] volens super hoc hesitationis cuiuslibet materiam ãputare: deliberatione habita cum suis fratribus ecclesie romane cardinalibus de quorũ numero tunc eram⁹] de nostro et ipsorum omnium concordi consilio et assensu: auctoritate apostolica statuit et decreuit ro. põti. posse libere resignare.

¶ Nos igitur ne statutum huiusmodi per temporis cursum obliuioni dari aut dubitationem eandem in recidiuã disceptationem vlterius deduci cõtingat: ipsum inter constitutiones alias ad perpetuam rei memoriam de fratrum nostrorum consilio duximus redigendum.

¶ Idem. Capitulum.ii.

SI te prebendam vel dignitatem in aliqua ecclesia proximo vocaturaꝫ auctoritate.apo.expectante aliquis prebendam seu dignitatem tenuẽ obtinens in eadeꝫ fraudulenter ei renũciet: vt illa pmo sic vacante precludatur tibi via p consequens ad obtinẽdũ prebendaꝫ vel dignitatem aliam pinguiorem que per mortem alicuius vel alias in ipsa ecclesia creditur verisimiliter in proximo vacatura: per renunciationem huiusmodi [dummodo de pmissa fraude appareat saltem per aliquas probabiles coniecturas.vt quia dicte renũciationis tempore is qui prebendam vel dignitatem pinguiorem habebat infirmitate graui detinebatur: vel aliquid aliud imminebat: propter quod illius prebenda seu digni

tas vacare in proximo probaliter credebatur] nullum tibi volumus obstaculũ interponi: quo minus [prebenda vel dignitate predicta sic fraudulenter renunciata omissa] possis dictam pinguiorem cum eam vel aliam si prius ipsam vacare contigerit: auctoritate prefata libere petere: veluti tibi debitam habere
¶ Ceterum si predicto renuncianti huiusmodi p̄benda vel dignitas pinguior forsitan cõferatur: eoipso dicta fraus intelligatur esse probata: et idem renũciãs habita omnino careat: et ambita.

¶ De supplenda negligentia prelatorum.

Innocens quartus. Capitul. i.

Romana ecclesia: et ĩfra. Edictum vero per remeñ. puĩciam publicatũ vt a subditis episcoporum ipsius prouincie p audiẽdis et terminandis eorũ cãis libere ad remeñ. curiã accedat penit⁹ reuocam⁹. ¶ Quia etiam si tenerentur iidẽ episcopi pro suis culpis vinculo excommunicationis astricti: nõ tamen ex culpis ips

lis[cum id non inueniatur a iure cõcessum]ad remeñ. archiepiscopum iurisdictio deuolueretur eorum. ¶ Sed alia forte pro illis pena ipsis canonica posset infligi.

¶ Idem baronibus et comitibus regni Portugalie.

Capitulum.ii.

Grandi non immerito:et ifra. Mandamus quatenus dilectum filium nobilem virum comitem Boloñ. prefati regis portugalie fratrem de deuotione/probitate/ac circunspectione multipliciter commendatum qui eidem regi [si absq legitimo decederet filio] iure regni succederet:quiqz examinate dilectionis affectu quo vos et predictũ regnũ prosequitur[magnanimitate ac potentia sibi plurimum suffragantibus] regnum ipsuz maturius reformaturis firma crudelitate speratur: presertim cum ad curã administrationem generalem et liberam regni eiusdem:tam pro sepe dicti regis q̃ ipsius regni vtilitate si prouide attendatur:ac ad defensionem ecclesiaruz monasteriorum aliorumqz piorum loco.

rum regni prefati:et personam ecclesia=
sticarum tam religiosarum q̄3 seculari=
um: necnon viduarum : orphanorum:et
ceterorum ibidem degentium:ac deper=
ditorum inibi recuperationez salubriter
[Ut in domino confidimus]. Sit assum
ptus cum ad vos accesserit [fidelitate
homagio/iuramento seu pacto:si aliqui
bus forte prefato regi / vel cuicunq3 alii
persone te nemini : aut etiam ipsius re=
gis prohibitione : dummodo personam
eius : et vitam ac legitimi sui filii si ali=
quem ipsum habere contigerit fideliter
conseruetis:debitum eis exhibentes ho
norem nequaq̄3 obstantibus:] in ciuita=
tibus/castris/ villis/et munitionibus re
gni predicti. Cū omnibus suis reciperet
ac eius dispositioni/ordinationi/ ₇ mādā
tis vniuersaliter singuli et singulariter
vniuersi p omnia ₇ in omnibus intende=
re absq3 difficultate qualibet procuretis
impendentes sibi contra quoslibet repu
gnantes ac etiam violentos consiliū:au=
xiliū/₇ fauorē de redditibus: puētibus₇
oībusq3 p̄fati regni iurib⁹ sine diminutiō

ne aliqua plenarie respondendo vt de il
lis dicto regi secundum quod suam de=
cet excellentiam sibi ac suis et prefati re=
gni necessitatibus pro tempore ac nego=
ciorum emergentiũ qualitate valeat pro
uidere. ¶ Alioquin venerabilibus fra=
tribus nostris bracharensi archiepisco=
po ꝛ episcopo colubrensi damus nostris
litteris in preceptis vt vos ad id monitio
ne premissa per censuram ecclesiasticam
appellatione remota compellant.

¶ Per hoc autẽ non intẽdimus memo=
rato regi vt ipsius legitimo filio [si quẽ
habuerit] predictum regnum adimere:
sed potius sibi ꝛ eidem regno destructio
ni exposito: ac vobisipsis in vita ipsius re
gis per sollicitudinem ꝛ ꝓuidentiam co
mitis consulere supradicti.

¶ Bonifacius .viii. capi .iii.

Si eps a paganis aut scismati
cis capiatur nõ archiepiscopꝰ
sꝫ capitulũ ac si sedes ꝑ mor=
tẽ vacaret illius: in spũalibus ꝛ tẽporali=
bus ministrare debebit: donec eũ liber=
tati restitui. vel per sedem apo. [cuiusin
terest ecclesiarum prouidere necessitati

bus]super hoc per ipsum capitulum q̄ cito commode poterit consulendam ali ud contigerit ordinari. ¶ Idem

Capitulum.iiij.

ECclesie cathedrali vacāti visitator ab alio q̄ a roma.pon.deputari nō potest. ¶ Nisi forte capitulū in spiritualibus et tēporalibus negligēter aut p̄ perā administret. ¶ Tūc enim archiep̄s ob negligētiā vel maliciā capituli [eo vocato causeq̄ sup̄ hoc cognitiōe p̄missa]visitatorem seu administratorem eidem ecclesie licite poterit deputare.

¶ Huiusmodi quoq̄ visitator quā q̄ spiritualiū et tēporaliū administrationē legitimā cēseatur h̄re: b̄n̄ficia tū qui ad collationē p̄tinēt ep̄i cōferre nō pōt: si ab alio q̄ a roma.pon.fuerit deputatus.

¶ De tp̄ibus ordinationū et qualitate ordinādoꝝ. ¶ Cle.iiij.c.j.

SEpe cōtingit q̄ nōnulli cl'ici vicl'o excōicat⁹ astricti aut apostate: seu irregulares vel al's ordinū sacroꝝ susceptione indigni suā patriā in qua de

his habetur noticia fugientes: se in remotis ptibus faciūt ad huiusmodi ordines pmoveri. ¶ Nos igitur volētes anīmar ipsor periculis obuiare statuimus vt nullus epor italie decetero aliquē vltra mōtanū/clericū ordinare presumat: nisi a nobis speciale:licētiā habeat vel ab epo de cui diocesi traxit origiṅe ordinādus vel i cui dioce.bñficiat' existit p ei' patentes lras causā rationabilē cōtinētes:quare ipm nolit aut neq̄at ordinare. ¶ Eos vero quos cōtra pmissa contigerit ordinari:manere volum' absq3 spe dispēsationis sup hoc a sede apo.obtinēde suspensos:ac ordinātes penitētia condigna puniri. ¶ Obuanriis penitētiariis īhibētes districte:ne absq3 licētia nra spali cū taliter ordinatis dispēsent: vel suas eis tradāt lras per quas cū ipsis debeat dispēsari. ¶ Grego.x. in gñali cōcilio lugduneñ. capitulum.ij.

EOs q̄ clericos prochie aliene absq3 superioris ordinandorum licentia scienter seu affectata ignorantia vel quocunq3 alio figmento quesito presumpserint ordinare: per annum a collatio-

ne ordinum decernimus esse suspensos
¶ His que iura statuunt contra taliter
ordinatos in suo robori duraturis.
¶ Clericis quoq₃ procdle taliter suspē
sorum postq̄ eoruz suspensio fuerit ma
nifesta absq₃ ipsorum etiam licentia in
terim recipiendi ordines ab aliis vicinis
epis: aliās tñ canonice: liberā concedi
mus facultatem.

¶ Bonifa.viij.

¶ Capitulum tertium.

CUm nullus clericū parrhochie alii
ene pter superioris ipsius licentiā
debeat ordinare: superior. itelligitur in
hoc casu episcopus de cuius diocesi est
is qui ad ordines promoueri desiderat
oriund'is: seu in cuius diocesi benefi-
cium obtinet ecclesiasticum: seu habet
[licet alibi natus fuerit] domicilium in
eadem. ¶ Inferiores quoq₃ prelati, reli
giosi vel alii: nisi eis q̄ suos clericos aut
subditos possint a quo voluerint epi-
scopo facere ordinari a sede apostoli-
ca specialiter sit indultum: vel officia-
les episcopi [cum ad hoc se ipsius offi-
cium non extendat] huiusmodi neque-

[...]sufficentiam impartiri. ¶ Episcopo autem in remotis agente ipsius in spiritualibus vicarius generalis: vel [sede vacante] capitulum seu id ad quem tunc temporis administratio spiritualium noscitur pertinere. dare possunt licentiam ordinandi. ¶ Religiosi vero a suis superioribus in nõ exemptis prioratibus deputati priores et eorum socii possunt a locorum diocesanis quãdiu morantur in ipsis prioratibus ordinari licite: licet nõ sint de eorum diocesibus oriundi. Idem

Capitulum quartum.

Nullus episcopus vel quiuis alius infanti [nisi forte religionem intraret] siue illiterato: sed nec absq3 sui superioris licentia homini diocesis aliene clericalem presumat conferre tõsuram: nec etiam coniugato nisi volenti religionem intrare: aut ad sacros ordines promoueri: prout est sacris canonibus diffinitũ. ¶ Qui vero contra fecerit [vt in eo in quo peccauerit puniatur] per vnum annum a collatiõe clericalis tosure dũtaxat nouerit se suspẽsũ. ¶ De etate, & qualitate et

ordine preficiendorum. Bonifacius.viij.

Capitulum vnicum

Permittimus vt episcopi cum his qui.xx.annum compleuerint: q dignitates vel personatus quibus animarum cura non imminet valeant obtinere/possint [si aliud non obstat canonicum] libere dispensare.

¶ De filiis presbyterorum et aliis illegitime natis. ¶ Bonifacius.viij.

¶ Capitulum primum.

Is qui defectum patitur natalium: ex dispensatione potest episcopi licite [si ei aliud canonicū non obstat] ad ordines pmoueri minores: et obtinere bñficiū cui cura nō eminet aiarū: dūmō sit tale sup q p ipm valeat epm dispēsari ¶ Ad ordies qꝫ maiores/vt bñficia sup qbus neqt eps dispēsare: sine dispēsatione sedis aplice pmoueri non potest. ¶ Ille vero cū q p sedē dispēsat eādē: vt [pmisso non obstāte deffectu] valeat ad bñficiū/ etiā si curā aiar habeat pmoueri: nequit ptextu dispensationis hmōi

[quā exorbitantē a iure opꝫ veluti odio
sā restringi] nisi vnicū bñficiū obtinere.

℄ Idem Capitulum.ij.

℄ Si is q fuit p sedē apostolicam dispē
satū: vt [non obstante defectu natalium
queꝫ patitur] ad oēs: ordines promoue
ri valeat: ⁊ obtinere bñficiū etiam si cu-
rā habeat aīaꝝ: dispositionē aliam [taci
to de pdicto defectu] postmodū obtine-
at a sede prefata: vt duo aut plā bñficia
similē curā habentia possit recipere: si
ei alias canonice cōferantur: et ea simul
licite retinere: talis dispensatio [cū non
sit verisimile sedem ipsam cuꝫ illo predi
ctum patiente defectum voluisse: si hoc
fuisset expressū eidem: in plur aliter be-
neficiorū hmōi dispēsare] veluti p surre
ptionem obtēta nullius penitus est mo
menti.

℄ De bigamis. Gregorius .x. in cōsilio
gñali luduneñ. Capi. vnicū.

Altercatiōis ātique dubiuꝫ
psētis declaratiōis oraculo
decidētes: bigamos oī priui-
legio clericali declaram⁹ eē
nudatos. ℄ Et cohercioī fo

ri secularis additos: consuetudine con
traria non obstāte. ¶ Ipsis quoq; sub
anathemate ꝓhibemus deferre tōsurā
vel habitum clericalem. ¶ De officio vi
carij.

¶ Innocentius. iiij.
Capitulum primum.

Romana ecclesia: ⁊ ifra. Cū
Remen archiepiscopꝰ offi
cialē alicuiꝰ suffraganei suū
excōmunicationis sentētiaꝫ
ex aliqua rationabili causa
ꝓfert: vt illos q̄ vices ipsiꝰ
gerūt. ꝓpter hoc excōmunicationis vin
culo nō astringit ¶ Cū nō cōmunicēt ob
id officiali eidem i crimine: qui ecclesia-
stice censure districtione ꝑ eo ꝙ suū ex
ercent officiū non artantur. ¶ Ea tamē
que ipsi gerēdo huiusmodi vices aguntꝛ
eo taliter [excōmunicato manente] [si iu
risditionem tantum recipiunt ab eodē]
non possunt obtinere vigorem.

¶ Bonifacius viij.
Capitulum. ij.

Licet in officialē epī ꝑ commissio-
nē officij gn̄aliter sibi factā cāruꝫ

cognitio transferatur: potestatem tamē inquirendi/corrigendi/aut puniendi aliquorum excessus: seu aliquos a suis beneficiis vel administrationibus amouēdi: transferri nolumus in eundem.

¶ Nisi sibi specialiter hec committātur

¶ Idem. Capitulū.iiii.

CUm in generali cōcessione nequaꝙ illa veniant: que non esset quis verisimiliter in specie concessurus: nec regulariter donare valeat is cui bonoꝝ administratio etiam libera est concessa: officialis aut vicarius generalis episcopi beneficia conferre non possunt. ¶ Nisi beneficiorum collatio ipsis specialiter sit commissa.

¶ De officio ꝛ potestate iudicis delegati

¶ Innocentius quartus. Cap.

STatuimus vt conseruatores quos plerunqꝫ concedimꝰ a manifestis iniuriis ꝛ violentiis defendere possint quos eis committimus defendēdos.

¶ Nec ad alia q̄ iudicialē idaginem exigunt suā possint extendere potestatem.

¶ Alexander.iiij. Capitulū.ij.

Quia pontificali dignitate pręditis ob reuerẽtiã sacri officii quod exercent plurimũ deferri cõuenit: et eos plus aliis honorari decet: vt cum a iudicibus: vel conseruatoribus a se.apo.deputatis cõtra eos ad coactiões aliquas siue penas fuerit ꝓcedendũ gradus et modestia in huiusmodi processu seruetur. ¶ Ita ꝙ [eis quadã condigna reuerentia supportatis] ingressus primo ipsis ecclesie vel sacerdotale interdicatur ministerium: ac deinde ab officio suspendantur subsequẽter aggrauetur cẽsura ecclesiastica cõtra eos. ¶ Nisi forte aliter fieri suaserit nimia cõtumacie ꝓpter uitas siue culpa.

¶ Bonifacius.viij. Capitulũ.iii.

Si duo ex tribus a sede apostolica delegatis duobus aliis non in totum subdelegauerint vices suas: ipsiqꝫ subdelegati cum delegato tertio in causa processerũt delegata: si appelatur ab ipsis non ad condelegatus: sed ad ꝓmũ delegantem tantummodo appelari debebit. ¶ Idem in eodem

Capitulum quartum.

¶ Si cõtra vnum ex duobus iudicibus cum illa clausula: q sibi ambo interesse non possunt: alter eorum in causa procedat: a sede apo. delegatis suspitiõis causa legitima ppõatur: causa ipsa suspitionis corã nõ recusato cũiudice [ad quez ex vi pdicte clausule dz ipsi⁹ cause cognitio ptinere] pbari et ab eo expediri debebit. Ubi vero nõ est dicta clausula in rescripto debet super hoc ad arbitros recursus haberi. ¶ Cum autem ipse delegatus epi recusatur: recusatiõis causa coram episcopo est probanda. ¶ Idem est si officialis recusetur eiusdẽ licet ad ipsum, ab eodem officiali nequeat appellari.

¶ Idem in eodem. Capitulum. v

Iudex ab apo. sede datus q̃uis legitime recusari valeat vt suspect⁹ potest licite vices suas committere ante q̃ recusatio contra ipsum proponat. Et si i totuz cõmiserit recusari vlterius: ãt facta per eum commissio impugnari nequibit quod posset si sibi de iurisdictione aliqd reseruasset. ¶ Post recusationem quoq ppositam cõmittere [nisi de recta

satoris pcedat assensu] non potest: sed eo volente hoc potest etiam si iam recusatio eadem sit probata: dummodo pronunciatum non fuerit super ea.

¶ Ex tunc enim [cum omino iudex esse deserit] nulla etiam cum illius assensu pt fieri ꝯmisso p eodē. Idē Cap.vi.

¶ Quamuis alicui vices tuas in causa tibi a sede apostolica delegata in totum commisisse noscatis si tamen anteq̄ ille iurisdictione vsus fuerit: commissio huiusmodi per te reuocetur ab ipso: vel eū rebus eximi contingat humanis: causaꝫ ipsam resumere poteris. cum iurisdictio [ex quo ipsa vsus extitit] non censeatur in eum efficaciter transiuisse. Idem.

Capitulum.vij.

¶ Si delegatus quotiēs eum ab esse cōtigerit: tibi commiserit vices suas poteris eo rebꝰ hūanis exēpto [cū ꝛ tūc cēse at abesse] cōmissū tibi negociū [Dū tñ illo viuēte iurisditiōe vti cepis] libere diffinire ¶ Idē poteris quādo tibi vicē etiam sub ea forma cōmisit donec eas duceret reuocādas. ¶ Nā tal' cōmissio per

turos collationi sue reseruet et decernat
irritū ⁊ inane: si secus sup hoc cōtigerit
attētari: certis qui eos tibi cōferāt cū va
cabūt executoribus ꝑ suas litteras depu
tatis. Nosq̄ post modū plena de his fa=
cta narratione: quod ab ipso legato fa=
ctum extitit ratum et gratum habentes:
id auctoritate apostolica confirmamus
et eisdem executoribus vel aliȷ̄s nostris
damus litteris in mandatis: vt in huius=
modi prouisionis negocio auctoritate no=
stra procedant: iuxta ipsius legati conti=

nentiā litterar℞. ¶ Certū est q̄ [cuȝ ipsa
ꝓuisio ipsius legati post impartitā a no
bis auctoritatē nr̄a cēseatur effecta] om=
nibus q̄bus postea mandauimus in ea=
dē eccl'ia ꝓuideri [etiā si canonicatū ipsi
us eccl'ie duxerimus cōferēdū eisdē] de
iure preferri debebis in ꝓbēda postmo=
dū mihi vacatura. ¶ Idē. Ca.xxiij.

¶ Si motu ꝓprio alicui aliquod bn̄fici=
um obtinenti cōferamus aliud de illo nō
habita mentione: non ob hoc gratiaȝ hu
iusmodi que de nostra mera liberalitate
processit inualidam volumus reputari.
¶ Secus si ad petitionē illius vel alteri
us pro eodē oblatā gratiā hmōi facim⁹:
tūc em̄ [q̄ntūcūq; modicū beneficiū tace
atur in ea] ipsam veluti surreptitiam vi=
res nolumus obtinere. ¶ Motu quoq;
ꝓprio tunc solū gratia fieri censeatur: cū
hoc expresse cautum fuerit in eadem.

¶ Idem. Capit.xxiiij.

¶ Si pluribus simul in aliqua ecclesia
vacantibus dignitatibus vel prebendis:
nos de hac vacatione incerti dignitatem
vel prebendā [si qua nulli aliij de iure de
bita in ipsa vacat ecclesia] cuiq; in gn̄e

conferamus. ¶ Gratiã huiusmõi si motu ppo eam fecerimus [vt tunc fiat interpretatio plenissima i eadem] referri volumus ad dignitatem vel pbendaz: que inter illas maioris censetur esse valoris seu [si sint forsan equales] ad eã quã is cui conferimus infra decendiũ post habitã de dicta vacatione notitiam duxerit eligendam. ¶ Si vero ad petitionẽ alterius ipsa gratia fuerit per nos facta: eã [vt hoc casu put iuri cõgruit restrigatᵣ] ad illam que minoris valoris existit: seu si sit equalitas in eisdẽ: ad eã quã is ad quem ipsarum spectat collatio infra dictũ tpus elegerit postq̃ sibi hmõi gratia erit nota decernimus referendam. ¶ Alterutro quoq ipoꝛum [put ad eum ptinet] infra tempus debitũ eligere negligente: ad aliũ ex tũc electio libere deuoluantur. ¶ Idem. Cap. xxv.

Cum in ecclesia tua que. xij. canonicoꝛum. & xiij. pꝛebendarum habet numerum consuetudinez esse pꝛeponas: vt eps q̃ est p tpe vocẽ habeat in caplo tãq canonicus lz canonicᵘ nõ existat: et vnã de dictis pbendis sicut vnus canoni

nicus obtineat eadem: certum est eum cui auctoritate apo. prouideri mădatur de prebenda nulli alij de iure debita ꝑ primo in ipsa ecclesia vacatura: prebendam quem per mortem episcopi vacare contingit.[Ne contra dictam consuetudinem cui per prefatum mandatum nō intelligitur derogari: futurus episcopꝰ prebenda careat. Et dictus canonicorū numerus amplietur] habere non possꝫ: sed expectare debere quousq̧ vacet alia oportebit eundem. Idem. Cām.xxvi.
¶ Si tibi concesso a nobis vt fructus beneficiorum que vsq̧ ad certum tempus in tua vacabunt dioce. percipere valeas pro soluendas debitis quibus est tua ecclesia onerata: beneficium vacans post modum curam habens animarum annexam alicui simile beneficium obtinēti te conferre contingat.
Equum est vt ꝙdiu fructus ipsius perceperis primum nō debeat reputari vacare. Idem .Capitulum.xxvij:
Cui de non sacerdotali prebēda ꝓuideri mandatur: sibi etiam volē si sacerdotalis auctoritate mandati hu-

iusmōi conferri neqbit. Similit si inec
clesia in qua integere ac dimidie preben
de habentur: mandetur integra ɔferri pꝫ
bēda: q̄ꝙ ille ꝓ quo scriptū extitit dimi
dia velit esse ɔtēt9: ei de ipa non poterit
ꝓuideri. ¶ Idē cū iniūgit ꝓuideri alicui
de pbēda certi valoris vt i pbēda mioris
valoris etiā illo volente mādatū nō pos
sit adipleri: nō eni hmōi mādata [quorū
fines diligēt seruari oꝫ] dñt ad casus a
lios q̄ꝫ expssos extēdi. Idē Cap. xxviij.

Licꝫ eps bñficiū qđ cū animarꝫ cu
ra tenebas [postq̄ꝫ aliud recepisti
cōsimile ac ipi9 possessionē pacificā ha-
buisti: vł ꝑ te stetit q̄minus haberes eā
dē] possit alti de iure ɔferre. ¶ Illū tñ
cui ɔtulerit nō debebit te nō vocato [cā
tibi forsā ius possit ɔpetē retinēdi] i pos
sionem ipsius inducere corporalem.

¶ Idem. Capitulum.xxix.

Ei cui ꝓuideri mādat simpliciter de
pbēda ꝓxīo vacatura. ¶ Sacerdo
talis pbēda ɔferri nō pt: si nōdū i etate
tali existat q̄ possit ad sacerdotiū ꝓmo
ueri. ¶ Sed aliam expectare decebit.

¶ Idem. Capitulum.xxx.

¶ Si pauper clericus cui[cum beneficium nullum haberet] mandabatur de beneficio[iuxta sue probitatis merita]per episcopum prouideri:aliud ante q̃ sit prouisum eidem beneficiū fuerit assecutus: prouidere sibi episcopus[cū cesset causa mandati]de cetero non tenetur. ¶ Idem. Capitulum.xxi.

Si a sede apostolica vel legato ipsius vni et ab ordinario alteri eodem die idem beneficium cōferatur: nec apparet que collatio fuerit primo facta: erit potior cōditio possidētis. ¶ Si vero neuter possideat:is cui sedes ipsa contulit vel legatus[.propter conferentis ampliorē prerogatiuā] erit alteri p̄ferendus. ¶ Idem. Capitulum. xxij.

¶ Cum singula officia sit singulꝪ comittenda personis:⁊ dissolutionis ac euagationis materia sit religiosis precete=ris auferenda. ¶ Presenti prohibemus edicto ne aliqui monachi vel religiosi alii pluribus p̄oratibus vel ecclesiis curā habētibus aīarū: etiā si eadem cura nō p epōs s; p pbr̄os ad eoꝝ p̄sētatiōes p ipsos istitutos habeat exerceri: absq̃

sedis apostolice auctoritate p̄cesse pre-
sumāt: nisi forte vnus ex eis ab alio de-
pendeat/vł adinuicem sint annexi. Sta
tuentes vt quicunq; ipsorum prioratus
vel ecclesiam talem obtinens alium re-
ceperint primum quo sit ipso iure priua
tus statim omnino dimittere teneatur:
per eum ad quem pertinuerit libere al
teri conferendum. Quod nisi fecerit ex
tunc eo ipso efficiatur ineligibilis et tā-
q̄ ambitiosum ab vtroq; penitus repel
latur. ¶ Circa eos autem qui plures p̄
oratus vel ecclesias huiusmodi nunc de
tinent prouidemus: vt infra mēsē post
q̄ p̄sēs constitutio peruenerit ad eos-
dem: vnum ex ipsis quem retinere vo-
luerint reliquis dimissis eligere tenea̅
tur: alioquin ex tunc penis subiaceant
supradictis. ¶ Prohibem⁹ isup ne p̄ora
tus vł ecclīe aut admistratiōes seu offi
cia vniusmōasterij ꝯsueta p̄ eosdē mona
chos gubernari: ꝯmittāt deinceps absq;
auctē sedis eiusdē alterteriusmōasteri
mōachi gubernāda: nec hacten⁹ ꝯmissa
dimittāt eisdēq; p̄ eos ad q̄s ptinēt libē
ordinēt. Cū illł nō liceat h̄re locū i diuer

sis monasterijs: quorum vnū ab alio nō deputent: nec aliorum monasteriorum nisi canonice transferātur ad ipa priotatus ecclesias: administrationes: vel officia gubernare. Qui vero cōtra phibitionē psentem pdicta de cetero alienis monachis cōmiserint vel diuiserint iam cōmissa: ea vice ordinandi de ipis sint potestate priuati: et de eis per diocesanos [si exēpta non fuerint] aliōqn p se.apo. ordinētur. Hi autem qui ea suscipere vel suscepta presumpserint detinere: reddanē ineligibiles ipo iure. ¶ Idem. Ca.xxiij.

Cum in ecclesijs canonicorum receptio aut prebendarum vel beneficiorum collatio imminet facienda absentes canonici [si commode fieri valeat] sunt vocandi. ¶ Nisi cōsuetudo habeat eos ad talia non vocari. Alioquin quod i eorum absentia fieri contigerit: eis instantibus irritari debebit. ¶ Idē. Ca.xxiiij.

Presenti declaramus edicto statutū felices recordationis Clemētis pape pdecessoris nostri de bñficijs apd se.apo.vacantibus paliū qp p romanum pontificem minime conferendis: locum

hr̃e in bñficijs q̃ legati aũt nũcijs sedis
eiusdẽ vel quiuis alij ad romanam cu=
riam venientes vel etiam recedentes ab
ip̃a obtinere noscuntur: sic eos in locis
vicinis ip̃i curie mori contingat: quem=
admodum si in loco vbi eadem curia re
sidet morerentur. ¶ Idez est si aliquis
curialis [etiam ecclesia romana vacan=
te] peregrinationis: infirmitatis: aut re
creationis: seu alia quauis causa ad lo=
cum curie vicinuz secedens: in huiusmo
di loco vicino decebat: dummodo ibi [e=
tiam si erat ad ip̃az curiaz reuersurus]
eius domicilium seu domus propria nõ
existat. ¶ Loca vero intelligantur vici=
na eidem curie in premissis: que remota
vltra duas dietas legales [quas hoc ca
su sic specialiter volumus computari] a
loco vbi moratur ip̃a curia non existunt.
¶ Sane si q̃s in loco vbi degit curia sue
originis domum habens diem claudat
extremum. in ea ipsius beneficia sub p̃=
dicto: non aliter includatur statuto q̃
si curialis esset antea: ⁊ ibidem occasio=
ne curie moraretur. ¶ Porro cũ curiam
de loco ad locum transferri contingit: si

curiales in itinere[dum curiam sequen
tur eandem[vel in loco vñ recedit ipa cu
ria forsitan remanētes infirmi reb⁹ inte
bi eximantur hūanis ꝑmissū statutum
q̄tūcūq̧ locus vbi decedunt ab ipa cu
ria sit remotus: ad illorum beneficia se
extendat. ¶ Idem. Capitulum. xxv.

SI apostolica sede vacante aliquas parrochiales ecclesias vacare de
cetero contingerit apud ipā: statuimus
vt de eis.[Ne ipsarum vacatio diutina
ꝑiculum valeat animabus afferre] per
eos ad quos pertinet: possit libere ordi
nari consuetudine felicis recordationis
Clementis pape predecessoris nostri de
bñficijs apud sedem ipam vacantibus
per aliū q̄ꝑ romanū pontificē minime
conferendis: vel alia quis contraria su
per hoc edita non obstante. ¶ Idem vo
lumus ⁊ de illis que ibidē ipo romano
pontifice viuente vacabunt: si de ipis ꝑ
eum ipsius ante obitum non fuerit or
dinatum. ¶ Idem. Cap. xxvi.

¶ Si qui[nulla ꝑsonarū facta exp̄ssio
ne]sit gratiose concessa facultas: vt au
ctoritate apo. possit aliq̄b⁹ ꝑsōis idōeis

certa eccl'ia p̄uidere: vel bn̄ficia [q̄rū col
latio est ad sedē ap̄licā legitime deuolu
ta] cōferre cōdictores eodē auc̄te p̄ censu
rā eccle: cōpescēdo: hm̄ōi cōcessio [. Quā
cū specialē grām cōtineat decet eē mēsu
rā [nō expirat etiā re itegra p̄ obitū cōce
dētis. ¶ Secus si sup̄ p̄uisiōe certe p̄so
ne faciēda sit d'uata ptās eidē nō ob suā
sed ei⁹ cui p̄uideri mandat grām vel fa
uorē illa q̄dē expirat oīno: si cōcedēs re
integra moriat. ¶ Idē. Cap.xxvij.
¶ Si ep̄s cui nullis p̄sonis expressis in
gn̄e commisisti: vt vice tua ordines in
tua diocesi celebraret: ad sacros ordi=
nes p̄mouerit quēpiam titulum nō ha=
bentem ei [Cū in culpa fuerit taliter or
dinando eundem] tenebitur vite necessa
ria ministrare: donec sibi p̄ eū vel aliaȝ
de cōpetenti bn̄ficio sit prouisum. ¶ Si
vero certas cōmisisti eidē ordinare p̄so
nas, Tu qui preuidere hoc casu an ha=
berent titulum debuisti: taliter ordina=
to ad predicta donec per te bn̄ficiatus
fuerit obligatus existis. ¶ Eis aut q̄=
bus a diocesanis dat licentia vt possint
a quo voluerint ep̄o ad oēs sacros ordi

nec pmoueri:non qui ordinant.sed qui tradunt licentiam [cum eam dare nō debeant titulum non habenti] ad pmissa si titulum non habeant abligat ur.

¶ Idem. Cap.xxviij.

Quāuis tibi nuper in genere potestatem dederimus bñficia sex clericorū tuoꝝ cedentiū vel decedentiū auctoritate nostra psonis idoneis ꝯferendi. Canonicatū tñ ⁊ pbendā: quos i tua ecclesia in qua post pdictam gratiam tibi factam mandauimus cuidam specialiter puideri:obtineat cuidam ex eisdem tuis clericis nūc defunctis conferre nō potest:cū illi p quo scripsimus debeant ¶ Nā pme generali gratie tibi facte derogat posterior spālis: licet de illa non fecerit mentionem. ¶ Simili ratione si post facultatem tibi concessam a nobis conferendi beneficia tue diocesis quorū collatio est ad sedē apost. deuoluta:nos eoꝝ aliquod anteꝗ tu cōferas conferamus spāliter alicui vel conferri mandamus de concessione tibi facta non habita mentione: facta p nos collatio canonica est censenda. ¶ Idem Cap.xxix.

¶ Si is cui de canonicatu prebenda ꝛ di
gnitate personatu vel officio per felices
recordationis Nicolai vel Celestini pre
decessorum nostrorum lr̄a gratia in aliq̄
ecclesia facta erat constitutionis nr̄e re-
uocatorie tpe canonicatum ꝛ p̄bendam
dignitati psonatui vel officio alicui non
annexā erat adeptus:lȝ dignitatē psona
tū seu officiū inibi expectaret ꝑpter ex-
pectationem hmōi ꝓuatus nō intelligit
iure quod in canonicatu ꝛ prebenda fue
rat canonice assecutus:ius tñ q̄d ad di-
gnitatē psonatuȝ vel officiū ꝯpetebat ei
deīn iuxta v̄ba dicte reuocationis itelli
gitur reuocatū. ¶ Nō sic aūt si canōica
tum cum dignitate psonatu: aut officio
conferri tm̄ canonico ꝯsueꝰis: fuerat as-
secutus sub expectatione p̄bende. Cum
ius magis dignū quod iste in dignitate/
psonatu/ seu officio hmōi iam habebat
ius minus dignum canonicatus retine
at.cuius canonicatus ratione ius eideꝫ
saluum remaneat ad prebendam nulli
alii debitam apostolica ante ip̄m aucto-
ritate recepto. ¶ Sed ꝛ si ex episcopi vꝉ
alterius cuiuscūq3 collatione vel ꝓuisio

ne adeptus fuerat. i eadē eccl'ia dignita
tē/psonatū/siue officiū ꝯferri tm̄ canōi=
co ꝯsueta: p̄fatus qui canonicatū aucto=
ritate apo. iā habebat: idē erit cēsendū.

¶ Idem. Capitulum. xl.

Quodā p litt'as felicis recordatiōis Nicolai pape. p̄decessoris nostri canonicatū sub expectatiōe vacature p̄bende in certa eccl'ia obtinēte: successor eius Celestinus cuidā alteri similē i eadem eccl'ia grām fecit: quē oībus etiā p̄ste ipm auctē ap'lica vel quis alia in eccl'ia ipa receptis voluit anteferri: cū interpositiōe decreti: p̄usq̄ tn̄ ad primum ꝛ eius executores secūde gratie notitia peruenisset: vacans prebenda eidem primo p suos fuit executores collata: post hmōi aūt ꝛ ante factā secūdā collationem ipius p̄bende: nr'a constitutio reuocatoria emanauit: ꝛ qm̄ quis eorum ius habeat in p̄bēda huiusmodi dubitat: nos neutrū illoꝝ decernimus ius habere in eadē. ¶ Prima em̄ collatione post: ꝛ cōtra decretum adicto Celestino interpositum facta: licet ab ignorantibus ꝛ etiam ignoranti nō obtinet firmitatem.

¶ Ius uo quod secūdo ad p̄bēdā: nō in prebēda hmōi cōpetebat [cū nr̄am reuocationē eius collatio nō precesserit] p eā penitus est sublatū. ¶ Idē. Capi. xlj.

Mandatū aplicuȝ tibi directū vt. T. clerico de bn̄ficio spectāte ad collationē narbon̄. capituli puideres: beneficia eiusdē capituli: siue dētur in cōi p ipȝ siue p canōicos eiusdē eccl'ie singulares vice ac aucte capituli: aut ex iure ipsius de cōsuetudine vel statuto merito cōprehēdit. ¶ Ad bn̄ficia tn̄ ratiōe dignitatuȝ psonatuū vel officiox que nōnulli ex eisdē canonicis obtinent in ipsa ecclesia: ad eorundē collationē spectātia mādatū huiusmodi minime se extēdit. ¶ Idē esse cēsemus si rōne p̄bēdax suax ad ipsos canonicos collatio dictox bn̄ficiox singulariter ptinere noscatur. ¶ Nisi ptineatur forsitan in mandato q eidē clerico prouideas de bn̄ficio ad collationē narbon̄. capituli ptinēte cōiter vel diuisim: tūc eniȝ de bn̄ficiis q̄ ad ipsox collationē ptinent rōne hmōi p̄bendax poteris puidere.

¶ De clerico egrotante.

¶ Bonifacius octauus. Capi. vnicum.

Pastoralis officij debitum exequentes:declaramus atq statuimus coadiutorium episcoporum et superiorum prelatorum dationem intelligendã esse de causis maioribus ⁊ referendam ad sedem apo.ac ab ea [consuetudine non obstante contraria]tantummodo postulãdam. ¶ Uerum ne hoc pretextu ecclesie [existentes precipue in remotis]dispendia patiantur:nos earũ in hac parte indẽnitatibus precauere volentes hac generali constitutione sancimus:vt episcopus senio aut valitudie corporali grauatus:vel etiam al's a deo impeditus ꝑpetuo:vt officiũ suũ nequeat exercere:possit de sui cõcilio ⁊ assensu capituli vel maioris partis ipsius vnum vel duos auctoritate apo. coadiutores assumere ad dictum officium exequendum.

¶ Si vero episcopus demens fuerit: et quid velit aut nolit exprimere nesciat:vel non possit: tunc eius capitulum vel due ipsius partes eadem auctoritate vnum ad duos coadiutores assumant idoneos qui eius officium exequantur.

¶ Si autem episcopus senio aut incu

rabili morbo grauatus/ vel ꝑpetuo im-
pedimento detētus: ad sui executionem
officij reddatur inutilis: et coadiutorem
assumere vel habere noluerit: licet a ca-
pitulo requisitus ꝓpꝛio se illius nō indi-
gere suffragio forsitan asserendo: tūc nil
per capitulum innouetur: sed hoc casu ꝛ
etiā proximo idez capitulū epi et ecclesie
sue cōditionē ꝛ statum ac facti circunstā-
tias vniuersas: q̄citius poterit fideliter et
explicite referat ad noticiam dicte sedis
recepturi humiliter ꝛ efficaciter imple-
turi: quod sup hoc ꝑ sedē ipsaz cōtigerit
ordiari. ¶ Presenti quoq; adijcimus san
ctioni: vt coadiutores hmōi de ꝓuētibus
ꝑlatoꝝ in quoꝝ assumētur auxiliū: sum-
ptus recipiāt moderatos: ab alienatio-
ne qualibet de bonis ecclesiasticis prela
torum ipsorum/vel ecclesiarum suarum
quomodolibet facienda penitus absti-
nentes: rationem non solum in districto
examine: sed ꝛ prelatis eisdez [si sane mē
tis extiterint] ac capitulis eorundez seu
etiam ipsoꝝ prelatoꝝ successoribus [si
forte antea non fecerint] plenariam red-
dituri. ¶ Ceterū quod de epis premit-

situr: ad superiores etiam prelatos esse volumus et intelligimus referendum.

¶ De institutionibus.

¶ Bonifacius.viij.

Et si capl'm sede vacāte bñficia q̄ ad collationē epi ptinēt cōferre nō possit. ¶ Pñtatos tm̄ a patronis pōt admittere/si sint idonei: et eos instituere in bñficijs ad q̄ fuerint pñtari. ¶ Lz ad epm [si supesset] admissio et institutio hmōi pertineret. ¶ Idez i eo.ca.ij. ¶ Si is ad quē rectoris p̄sentatio in aliqua parrochiali ecclesia noscitur pertinere quēpiā nō cōstitutū in sacris pñtet ad eā: ipz [dūmō al's sit idone9: et ifra tē pus a iure statutū ad ordies q̄s ipsi9 eccl'ie cura reqrit: valeat pmoueri] decernimus admittēdū. ¶ De cōcessiōe p̄bende et eccl'ie nō vacātis. ¶ Inno.iiij. dilecto filio Andree capellano nr̄o. Cap. j.

Uia cūctis et ifra. Proponebatur itaqz p pte tua q cū p̄dicta p̄posiura dū vacabat tibi p eū qui cōferre potuit ipam collocata fuisset; collatō hmōi

canonica existebat: maxie cū nulla ꝑ pos
rē ip̄z: q̄ illā impedire posset inhibitio p̄=
cessisset. ¶ Dicebat aūt ps altera ꝙ cuz
p̄misse lr̄e sede carnoteñ. vacāte fuissent
in caplo publicate: ac p̄fat⁹ ep̄s tūc de ca
plo xp̄o esset: ibiqȝ p̄ns existeret: ignora=
re non potuit mādatū aplicū sup ꝯferen
da memorato. D. p̄bēda vel dignitate si
ne cura quā ip̄e duceret acceptandā: cuȝ
prio in eccl'ia ip̄a p̄dicta vacaret: alij fuis
se directū. ꝛ sic ꝑ ꝯñs facultatē sibi eē su=
blatā ꝯferēdi h̄moi dignitatē: ppt̄ quod
videbatur ꝙ nec per se/nec ꝑ alium p̄fa=
tam ꝑ̄positurā curā non habētē aiaꝝ an
nexā: que primo post mandatū ipsum in
ecclesia p̄dicta vacauit/ potuerit alicui ꝑ
sone conferre. Presertim cum iam dict⁹
prior eodem publicato mandato mox p̄=
fato. D. prebendam vel dignitatez/ curā
huiusmodi non habentem: quam primo
in eadem ecclesia vacare contingeret/ cō
tulisset: nec alias etiam [prout allegaba
tur] prodesse poterat ipsius episcopi
ignorantia in hac parte. nam si alicui a
sede apostolica cōcedat̄ ꝙ excōmunicari
non possit: licet id forsitan suus ignoret

episcopus: non tamen ꝓpter hoc eius li
gatur sententia si qua proferat i eundez
¶ Similiter si alicui conferendi p̄bēdā
aliquam tribuatur apostolica potestas
ex hoc ipso videtur ꝙ sit episcopo confe
rendi tunc eam penitus interdicta facul
tas. ¶ Nec obstaret si forte obijceretur
ꝙ lex seu constituti ovel mandatum nul=
los astringunt: nisi postq̄ ad noticiam ꝑ
uenerint eorundem: aut nisi post temp⁹
infra quod ignorare minime debuissent
qua in priuilegijs ꝛ indulgentijs seu cō
cessionibus specialibus secus existit: i q̄=
bus sufficit ꝙ ad illorum quibus conce=
duntur noticiam perueniant vt patet cū
indulgetur alicui ꝙ excommunicari nō
possit: sicut superius est expressum. Et
quidme cuz tribuit alicui ptās ꝯferendi
prebēdā videtur ꝓculdubio ei concedi
aliqd spāle. ¶ Adijciebatur insuꝑ ꝙ cū
snīa statim artet etiā ignorātē: qm si ꝫ ꝓ
latū aliquē absentē depositionis snīa ꝓ=
ferat: ꝫct⁹ quos iniuit ignorāter postea
vt ꝓlatus: nullū robur obtinēt firmitatis
ꝗ in supradictis litteris irritū decreuim⁹
ꝛ inane quicquid super hmōi p̄bēda vl

dignitate contra nostrum cōtigerit attē-
tari mādatū: collatio quam idem episco
pus post tale nostrum decretum [siue il
lud ignorauerit: siue non] de prefata p̄-
positura per se vel p alium fecerat non
valebat. ¶ Ex parte vero tua extitit re-
plicatum: ꝙ hoc de illis priuilegijs ꝛ in-
dulgentijs [equitate suadente] debet in
telligi: que vim suam habent mox cum
ad illos quibus concedūtur peruenūt:
ex quorum tenore liquido nosci potest ꝙ
talis circa ea fuerit intentio concedentis
vtpote cum alicui conceditur ꝙ excom-
municari non possit: ex hoc enim euiden
ter apparet alijs ipsum excommunican
di ademptā esse penitus facultatē: nō sic
autē si alicui ꝯferēdi p̄bendā siue certā
siue incertā tribuat ptās. nō ei tūc eē vi-
det tribuētis intentio. vt p hoc ei [ad cu
ius dōationē p̄bēda ipa ptinet] ꝯferendi
possibilitas adimat. Nisi p̄us ille sibi no
tificet: ꝙ eā velit p hmōi ptātē cōferre
aut ei collationē īdicat illi⁹ vł postq̄ ipi
notificauerit talē ptātē fore sibi cōcessā
vacuum decernat ꝛ irritū si secus de ipa
p̄sumat. Qꝛ cū illi nō āplior det ptās / q̄

ipse roma.pōtifex habeat i hac pte sicut
per eā quā obtinet ipse romanus ponti=
fex:facultas ꝯferendi bñficiū vel pbēdā
[nisi suā insinue voluntatē] alicui non
aufert:similiter ⁊ p eā que taliter illi ab
ipso ꝯcedit ei ad quē ipsius pbende spe
ctat collatio priusq̄ insinuat ille sibi ꝙ ve
lit eā cōcedere:vel etiam cōferat si forte
vacet:potestas non tollitur cōferēdi:nisi
forsan ꝙ ipm conferre nō possit:exp̄ⁱnat
in ꝯcessione hmōi potestas: tūc em licet
talē ꝯcessionem fortassis ignoret suas tñ
collatio si postmodū pbendam ipam cō
ferat:nihil valet:cum satis sup hoc con=
cedentis intentio agnoscatur: sicut cū in
dulgetur alicui ꝙ excommunicari nnon
valeat vt in superioribus est premissum
¶ Subiectū ēt extitit ꝙ cum memorato
priori per p̄fatas lr̄as mandauissemus:
vt memorato.D.pbēdā vel dignitatē si=
ne cura quā acceptandā duceret:si vaca=
ret tūc:vel quam primo vacare contige=
ret in eccl'ia p̄dicta cōferret: idē pos pui
dendi ei de pbēda vel dignitate ipsa [ni=
si post acceptationem ipsius] non habe
bat aliquam potestatem. Unde cum

sepedicta ꝓpositura fuerit tibi anteq̄ȝ il=
lam idē.D.acceparet p̄fati epī auctorita
te collata: hmōi collatio talis mādati nr̄i
pretextu [etiā si ꝑus illud eps ipe sciuis
set] non poterat vacuari. Nr̄m aūt i hac
parte decretū ad pbendā seu dignitatē
quā p̄dictus.D.acceptaret referri debe
bat: alioquin super incerto fuisset editū
nec aliquē astrinxisset. ¶ Sed extitit ex
aduerso responsum: q̄ ꝛ si prefatus pot
iam dicto.D.pbēdā vel dignitatē hmōi
cum vacaret ante hmōi acceptationē cō=
ferre nequiret: idem tn̄.D.pbendā vl' di
gnitatē talē licite posset ꝛ libere accepta
re quare predictus episcopus prefatam
preposituram: cum non prius eum req̄=
sierit: an acceptare vellet eandem: cuiq̄ȝ
conferre non potuit: quinimmo ipsius
collatio [cum idem.D.prepositurā post
modum acceptarit] irritari debet: et con
cessio per iam dictum archipresbyterū
sibi facta debet stabilis permanere. Si=
cut cum legat alicui vnus ex seruis quē
elegerit vel optauerit: ꝛ heres an̄ optio
nem vel electionem illius manumit=
tit aliquem vel alienat ex illis: profe=

cito manumissio vel alienatio irritat: cedit
quam ille legato si legatarius eum duxerit
eligendum. ¶ Econtra vero pro parte
tua propositum extitit quod id in vltimis vo
luntatibus tenet nec premissa in legatis
futuris quemadmodum in extrantibus habent
locum: quia nec etiam ad optandum seu eli=
gendum ex illis sicut ex istis potest termi=
nus assignari. Et grauis inesset conditio
quoddamque incongruum videretur si quando
do mandaretur alicui de beneficio quod
duceret acceptandum in aliqua prouincia
quam primo illud vacare contingeret prout
de iure: oporteret ipsum in singulis benefi
ciis postmodum inibi vacantibus [pro
gata non absque periculo forsitan ipsorum
collatione] requiri: vnde cum sepe prefa
to priori fuisset iniunctum vt dicto. D. pre
bendam vel dignitatem quam acceptan=
dam duceret si vacaret in ecclesia memo
rata vel quam cito contingeret eam vacare si
bi auctoritate apostolica conferret: et ita
eidem. D. circa futuras siue vacaturas
prebendas vel dignitates tales ipsius ec
clesie optio data esset: non poterat per hoc
memorati episcopi in illis quando vaca=

rent collatio impediri:nisi forsan cum ali quam ex eis vacare contingeret illā ipe. D.[priusq̄ eam conferret episcop⁹]acceptaret:vel etiam nisi ante vacationem alicuius ipsarum vacaturarum ex his p̄ maz vel ea omissa ex aliqua causa vlteriorem duceret acceptandam: quia taliter acceptatam episcopus postmodū cō ferre non valeret. ¶ Nos itaq̄ tam tuis q̄ prefati. D. rationibus plenius itellectis quia sepe dictam p̄posituram ad te nouimus ptinere:ipsam tibi[habito fratrum nostrorum concilio]adiudicare curauimus:ipsi. D. super ea perpetuum silentium imponentes.

¶ Bonifacius.viij.
Capitulum.ij.

Detestāda miq̄z puersitas abstinere nescies avetitis nec gaudere de bito mō cōcessis:digne plerūq̄ officium excitat p̄sidētis ad ea que iusta fuerant ꝯsideratiōne ꝯcessa[cū i abusū eavergere circūspicit]discretione p̄uia reuocanda. ¶ Sane lȝ olim fuerit canonica con stitutiōe decretū q̄ hi q̄ ꝑmittūt aliq̄b⁹ de bñficijs ecclesiasticis:cū poterunt vel cū

facultas se obtulerit prouidere: pmissio
nes suas [facultate se offerente] debeāt
adimplere q: tñ [sicut experiētia docuit]
per promissiones hmōi q p importunita
tem nimiā p quā non ɔcedenda multoti
ens conceduntur ꝛ p ambitionē improbā
vt plurimū extorquentur: aperitur via
sub tali palliatione vbor ad pmittenda
dānabiliter contra l̃ite.cōci.bñficia vaca
tura: mortis aliene votū ingerit: ꝛ eccle
siis ac p̄latis ꝛ psonis ecclesiasticis gra
uamina plurima inferunt. ¶ Nos ma
lis hmōi ꝛ aiar piculis occurrere cupiē
tes: pmissiones easdem ꝛ alias quascū
qꝫ sub quouismodo aut forma verborū
de cetero faciendas: p quas directe vel i
directe aperiri via valeat ad beneficia va
catura auctoritate aplica penit⁹: reprba
mus: et oino viribus vacuamus: decer
nētes p eas vel ipsar aliquā ad puidē
dum alicui nullū deinceps quomodolibet
obligari. ¶ Idem. Capitulum.iij.
Nec aptāde aliēe mortis occasio ex
benignitate grār se. apo. tribuat.
¶ Declarādū duximus: qꝫ is cui ab ea
dem sede vt ei procedatur de prebenda

dignitatē vł psōatu aut alio bn̄ficio i aliq̄ ꝓuicia diocesi vł eccł'ia quē seu quod du xerit acceptādū: certis sibi sup hoc exe= cutorib⁹ deputatis grā noscit eē facta.
¶ Licet in genere primum personarum dignitatem: prebendam seu beneficium in eadem prouincia: diocesi vel ecclesia vacaturum. ¶ Aut secundū seu vlterius [si rōnabilis cā subsit] valeat acceptare ¶ Certū tamen ⁊ expressum priusq̄ va= cet acceptare non potest. ¶ Quod si fe= cerit: etiam si per executores eius secun dum acceptationē hmōi facta fuerit res uatio/inhibitio/ variijq̄ ꝓcessus ac snīe promulgare: tā acceptatio ipsa q̄ ꝓcess⁹ viribus careant: nec aliquā obtineāt ro= boris firmitatis: imo nisi acceptor ille di gnitatē: pbendā: psonatū: seu bn̄ficium taliter acceptatū: ⁊ resuatū p collationez vel istitutionē postmodū factā de vacāti iā adept⁹: vel ei eius i ip̄o fuerit acq̄sitū p eū ad quē eiusdē psōat⁹: dignitatis: p= bēde: aut bn̄ficij collatio: seu ꝓuisio pti= net [dictis acceptatiōe ac executoꝝ ꝓces= sib⁹ in secutis neq̄q̄ obstātib⁹] de illo va cāte libē posit aliū ꝓuideri. Idē. Ca. iiij.

Executor sup puisiõe alicuius a se. apo. p gñales litteras in aliqua p̃uincia deputa: ue prelatis et aliis ad q̃s bñficiorum in eadẽ puincia spectat collatio ne ad puisionem aliquorum procedant: done ad puisionem aliquorum procedant: donec illi pro quo scribitur sit prouisuz: nõ potest gñaliter inhibere. ¶ Nisi expsse i ipsis lr̃is facultate hmõi inhibitiõis cõcedatur. ¶ Potest tñ reseruationẽ et eisdem inhibitionẽ facere spẽalez de primo or vel [si hoc illi ex bñficiis cõpetat lr̃arũ] de secũdo vel vlteriori bñficio inibi vacaturo eidem clerico conferẽdo. ¶ Quod autẽ contra talẽ reseruationẽ et inhibitionem ab eo ad quem beneficij reseruati collatio ptinebat fuerit attentum: nõ tenet. Idem. Capitulum. v.

SI Capitulo alicuius ecclesie cũ ad ipsum canonicorum receptio ac p̃bendarum collatio pertinebat vt tn iii canonicum reciperet et tibi de prebenda [si tunc vacaret] inibi prouideret: vel cum se facultas efferret: ac executori qui eodem capitulo negligente mandatum apostolicum exequatur: directa fuerint scripta nostra. ¶ Per solam illorum presen

latioñem capitulo ipsi factam. ¶ Absq3
alia etiam executoris insinuatione. inhi-
bitione: seu reseruatione beneficium ꝓ
quo tibi conferendo scriptum extiterat
adeo est affectum: ꝙ de illo alteri facta
collatio non obtinet firmitatem. ¶ Im-
mo si capitulum infra terminum compe
tentem sibi ab executore prefixum man-
datum apostolicum ei pro te directū in-
ꝗ̄tum poterit: non duxerit adimplendū
extunc in ipsum executorem ptās ꝓuisio
nis hmōi transferatur ꝛ executor ipe. ca-
non icatꝫ incōtinēti poterit tibi dare ac p̄
bendā [etiā sine alia capituli vacatione
vel monitione] si vacat vel cum obtule-
rit se facultas.

¶ Idem. Capitulum. vj.

¶ Si soli ordinario ꝓ te bñficiādo exe-
cutore non dato. Uel ordinario et execu-
tori: vt eum ad faciendum quod manda
tur compellat. Aut soli executori vt tibi
faciat de canonicatu ꝛ prebenda vel alio
beneficio in certa ecclesia: diocesi seu pro
uincia prouideri: mandatum apostolicū
sit directā. per talis presentationem mā-
dati ordinario ipsi factam [licet si contra

faciat puniendus existat]ꝛ tamen pote=
stas sic non adimitur conferendi qui in te
neat alteri facta collatio ab ecclẽ. ¶ Nisi
nos in gratia tibi facta decreuissemus ir
ritum ꝛ inane: quod fieret contra ipsam
¶ Aut executor hm̃oi ordinario suam i=
sinuans potestatez ne alieri cõferret bñ
ficium de quo tibi soli est secundum te=
norem huiusmodi mandati apostolici ꝓ
uidendum interdixisset eidem presertiz
cum interpositione decreti. Uel nisi tu in
xta dictum mandatum esses in canonicuz
iam receptus: tunc enim prebende colla
tio alteri facta firmitatem aliquam non
haberet. ¶ Idem.

Capitulum septimũ.

AUctoritate Martini pape predecef
soris nostri quõdã ad prebẽdã pri
mo in parmensi ecclesia vacaturam nul=
li alij de iure debitam in eiusdem eccle=
sie canonicum recepto: ꝛ alio a nobis in
eadẽ ecclia similem gratiam adepto se=
cundo: tertius deinde auctoritate nostra
in ipsa parmensi ecclesia in canonicũ ꝛ in
fratrem recipitur cum prerogatiua grẽ
ꝑ oibus predecessorum nostrorũ aucto

ritate nō aūt nr̄a receptis in assecutione pbēde debeat anferri: post hec aūt q̄dam vacat pbēda i eccl'ia meōrata: q̄rit q̃s eorū alteri pferat̃ et secūdū quē ordinē pbendas asseq̄ debeāt tres p̄dicti. ¶ Cū igit̃ ex tenore grē tertio a nobis cōcesse appareat euidēter nos voluisse p̄mo tertiū: et secūdū tertio anferri decernim⁹ q̄ p̄mā secūd⁹: secūdā tertius: et tertiā p̄mus deꝫ obtinere prebendā: alias forma mādati minime seruaretur. ¶ Licet em̄ ex psona sua secūdus p̄mā obtinere nō posset. ex persona tamē tertij qui p̄mus superat illā habet. Sicut cōtingit in successione illius q̄ ab intestato relictis patre in adoptiua familia ꝯstituto matre atq̧ fratre decedit in qua successione pater ex se matrē excludit: sed quoniā taleꝫ patrem agnatus mater q̧ vincit agnatum: mater patri nō ex semetipsa: sed agnati persona in successione huiusmodi antefertur.

¶ Idem. Capitulum.

¶ Quoniā ex cōstitutiōe nostra p quaꝫ paulopost pmotionē nr̄am ad sūmi pōtificatus apicē oēs collationes: puisiones reseruationes: et cōcessiones super cano

nicatibus:dignitatibus:personatibus p
bendis:officijs:portionibus:prestinonij
is ecclesijs parrochialibus: ruralibus et
alijs quibuscunque beneficijs ecclesiasti-
cis vacaturis quocunque nomine censeren
tur ac etiam super canonicatibus sub ex
pectatione dignitatum vel aliorum quo-
runcunque beneficiorum:quibus ius non
esset quesitum in re:licet ad rem a felicis
recordationis Nicolao pa.iiij. et Celesti
no.v.predecessoribus nostris factas sine
concessas auctoritate apo.in fratrum no
strorum presentia omnino cassauimus:
irritauimus:et vacuauimus:cassas irri-
tas:et vacuas nunciauimus : et nullius
fore decreuimus firmitatis multe dubi-
tationes insurgunt: vt vnde prefate con
stitutionis reuocatorie precessit editio in
terpretatio eius quoque procedat. ¶ Pre
senti declarandum duximus sanctione:
quod in illis qui editionis tempore supradi
cte vltra statutum numerum erant per
eosdem precessores canonici sub expecta
tione prebendarum :vel etiam portionum
eadem constitutio locum habet. Si au-
tem huiusmodi recepti vltra numerum di-

stributiones ⁊ alia vt canonici de numero existentes sic tempore dicte reuocationis habeant: q̄ per cessionem: vel decessum illorū qui erant intra numerū ex vigore p̄dicta gr̄e nil amplius assequi expectabant: nisi distributionū: seu partiū suarū augmentū: cū forsan esset ecclesia in q̄ canonicorū nō aūt portionū numer⁹ vel prebendarū distinctio habeat: quantoq̄ inter pauciores cuiusuis ecclesie diuidūtur ꝓuēt⁹: tāto maiores fieri p̄nt singlo rū ꝑcipientiū portiões ad istos vl' eos q̄ ꝑ lr̄as facultatis dictoꝝ ꝑdecessoꝝ nr̄oꝝ in aliquarū ecclesiaruꝫ canonicos erant recepti [licet prebēdas vel alia beneficia expectarent] constitutionē certum ē non extendi p̄fatā. ¶ In illis vero qui vltra numerū auctoritate p̄fata in aliquarum eccłiarum canonicos iā recepti: q̄tū ad capl̄m ⁊ ad chorū ad distributionum perceptionē quotidianarū plenitudinem iuris canonici tunc habebant: sed in eis dignitates/personatus/prebendas/portiones/vel alia beneficia que dantur tm̄ existentibus de numero expectabant: cōstitutionem p̄fatam locuꝫ habere [ratione

hmōi expectationis] dubiū non existit.
¶ Sane in his qui super canōicatibus preb:dis ⁊ dignitatibus prochialib⁹ vel alijs ecclījs seu bñficijs qbuscūq̄ a dictis p̄de.nr̄is lr̄as ipetrauerūt: etiā si p executores illoꝝ facte fuerit reseruationes:decreti inpositiōes:varijq̄ ꝓcess⁹ ⁊ etiā si eadē bñficia tūc vacabāt: ⁊ p impetrātes petuū fuerat ab executorib⁹ q̄ eis illa cōferrēt:nō tn̄ ipsorū beneficioꝝ vacantiū collationes tunc tp̄is erant facte: locū habet constitutio supradicta vt omnes huiusmodi gr̄e quaꝝ rōne tunc non erat ad collationē ꝓcessum: ⁊ sic p consequēs ius in re nō fuerat ipsis impetrantibus acquisitū:intelligātur penit⁹ reuocate. ¶ Ne sede vacāte aliqd innouetur.

¶ Bonifacius.viij. Capi.vnicum.

¶ Si ad ep̄m ⁊ capitulū cōiter ptineat collatio prebendaꝝ:mortuo ep̄o vel a beneficiorum collatione suspenso: poterit capitulū vacantes conferre prebendas. Etiam si ep̄s interesse habeat in collatione hmōi vt prelatus. Idē poterit ep̄s si capl̄m ab ipsa collatione suspendi cōtingat: vel singulariter oēs de capitulo ma

ioris excommunicationis vinculo innodari. ¶ Cũ vero ad solũ ep̄m p̄bendarum spectat collatio cũ cõsilio sui capl'i vel assensu: defuncto ep̄o vel suspẽso [nisi ep̄s in petẽda relaxatione suspẽsionis hmõi sit in mora] capitulũ se non potest itromittere de eisdem. ¶ Ubi vero de speciali alicuius eccl'ie ꝯsuetudie vl' statuto beneficiorũ collatio ad aliquẽ cũ ꝯsiliũ ep̄i noscit ptinere: sublato ep̄o de medio [cũ ꝯsilio neq̃at tunc peti ab eo] nõ erit ꝑpt hoc vacantis bñficij collatio differẽda. Nec etiã si egerit in remotis: ita q̄ non possit ip̄ius p̄ntia i breui haberi. Quia in petendo vel expectando eius consilio posset vacanti beneficio periculum imminere. ¶ De rebus eclesie. non alienandis.

Innocentius: iiij. Capitulũ. j.

Dudum et ifra. ¶ Dictus vero archidiaconus ex aduerso respõdit illas decimas illi ecclesie restitut nõ debere: proferens in medium ordinationẽ quandam episcopi Dulmeñ. de consensu capituli sui factam inter alia continentem. q̄ idem Episcopus attendens

prouentus archidiaconatus. Dulmeñ. adeo fore tenues et exiles q non suffi-ciebant ad eius onera supportanda: pre-fatas decimas archidiaconatui memo-rato concessit et infra. ¶ Quia vero in cõ-cessione huiusmodi predicta ecclesia cum vacaret legitimo caruit defensore: qui si-bi prius ab eodẽ episcopo debuerat de-putari. ¶ Quia etiam tractatus solen-nis et diligens: qui in talibus concessio-nibus perpetuis et alienationibus rerũ ecclesiasticarum exigitur non fuit habi-tus l eadẽ: ordinationẽ et cessionem ipam. ¶ [presertim cũ euidẽs necessitas quare fieri deberet: vel vtilitas non subesse] de fratrũ nostrũ cõsilio decernim⁹ nõ vale-re dictas decimas ipsi ecclesie tanq̃ per-tinentes ad eam sententialiter adiudi-care curantes. Gregorius .x. i cõcilio gñali. lugdunensi. Capitulum. ij.

¶ Hoc consultissimo phibemus edicto vniuersos et singulos prelatos ecclesias sibi commissas bona immobilia seu iu-ra ipsarum laicis submittere: subijce-re: seu supponere absq̃ capituli sui consensu et apostolice sedis licentia spe

cīali. Non concedendo bona ipsa vel iu=ra in emphiteosim / seu alias alienando in forma et casibus a iure permissis. sed constituendo vel recognoscendo: seu profitendo ab illis ea tanq̄ a superioribus se tenere: seu ab ipsis eadem aduocando / prout in quibusdam partibus vulgariter dicitur / auouer: vl' ipsos patronos vel aduocatos ecclesiarum seu bonorū ipsarum perpetuo / aut ad tempus non modicum statuendo. ¶ Contractus autem omnes etiam iuramenti pene vel alterius cuiuslibet firmitatis adiectione vallatos quos de talibus alienationibus sine huiusmodi licentia et consensu contigerit celebrari: et quicquid ex eis secutum fuerit decernimus adeo viribus omnino carere: vt nec ius aliquod tribuant nec prescribendi etiā causam parent.

¶ Et nihilominus prelatos qui secus fecerint ipso facto ab officio et administratione: clericos etiam qui scientes contra inhibitionem predictam aliquid esse presumptum id superiori denunciare neglexerint: a perceptione beneficiorū

que in ecclesia obtinent sic grauata trie nio statuimus esse suspensos. ¶ Laici vero qui prelatos vel capitula ecclesiarum seu alias personas ecclesiasticas ad submissiones huiusmodi faciendas hactenus compulerant. nisi post competentem monitionem [remissa submissione quam per vim vel metum exegerant] ecclesias et bona ecclesiasticos eis submissa taliter in sua libertate dimittant. ¶ Illi vero qui decreto prelatos vel personas easdem ad talia facienda compulerint cuiuscunque sint conditiones aut status: excommunicationis sint sententia immodati. ¶ Ex contractibus preterea super premissis [huiusmodi licentia et consensu interuenientibus] hactenus initis: vel quos in futurum initi contigerit seu occasione illorum laici vltra id quod ex natura contractuum ipsorum vel adhibita i illis lege permittitur aliquid non vsurpent. ¶ Qui vero secus egerint: [nisi legitime moniti ab huiusmodi vsurpatione destiterint: restituendo etiam ea que taliter vsurparent] eo ipso sententiam excommunicationis in

currant: et extunc ad supponendum terram ipsorum [si opus fuerit] ecclesiastico interdicto libere procedatur.

¶ De rerum permutatione.

Bonifaci. viij. Biterſi. ep̄o. Cap. vni.

Licet in tua diocesi aliqui auctoritate apostolica beneficia proximo vacatura expectent illos tamen qui secundum formam iuris sua beneficia in eadem diocesi ad tuam collationem spectantia permutare volentis libere ac sine fraude i manibus tuis ipso resignāt. ¶ Nolumus occasione premissa [equitatez preferētes in hac parte rigori] circa faciendam permutationem beneficiorum huiusmodi [que alias minime resignassent] vllatenus impediri. ¶ De testamētis ꝛ vltimis volūtatib⁹. Bo. viij. c. i

¶ Si pater filium et filiam habens impuberes et vxorem filiā in re certa filiū vero in ceteris bonis suis vniuersalē heredē istituit: vxori aliqua in suo testamēto legauit adijciēs: vt si decederet filia sine liberis: eidē filio: ꝛ si ip̄e absq; liberis obiret filius prefate filie moreretur xp̄i paupes istituēdo heredes si vtrū

q̄ sine liberis mori contingere filiorū. Testatore mortuo ac deinde filio subse quenter ꝛ filia [superstite matre] defun ctis ante tempora pubertatis. Absq̄ de ductione trebellianici siue partis iure nature debite facienda ipis pauperibus bona omnia deferūtur. ¶ Premisse nāq̄ substitutionis facte de filio ad filiam ꝛ econtra: ꝛ de illis ad pauperes directe debent intelligi pupillares. Cum in sub stitutionibus sit sp interp̄tatio facienda [dūmō sicut in casu ꝓposito eaꝝ verbis ꝛ personis conueniat institutis] vt sub stitutio directa intelligat potiusq̄ obli qua: quāq̄ directa interdū ad fidei com missū ex cā trahatur. ¶ Licet aūt filius testamēto suo matrē portione iure natu re debita ꝑuare nō possit: pr̄ cū in testa mēto qd̄ filio ipuberi facit pōt: nā testa mētū hmōi pupillare paternū vel pater ni pars potius est concessum.

¶ Idem. Capitulum.

¶ Religiosus executor ab aliquo in sua voluntate vltima deputatus non potest. ¶ [Cum velle vel nolle nō habeat] hu iusmōi officiū suscipere vl' exeq̄: nisi a su

periore suo petitas super hoc licētia τob tenta. ¶ Sane pluribus a testatore simpliciter executoribus deputatis vno eorū mortuo vel in remotis agente: aut id exequi forte nolente. ¶ Ne volūtate testatoris impediri:vel nimiū differri contingat poterit alius. ¶ [Nisi testator aliud expresserit] officiū executionis iniūcte libere adimplere.

¶ De sepulturis.

Bonifacius.viij. Ca.i.

Animarū periculis τ scandalis que frequēter ex his pueniūt/obuiare volentes vniuersis religiosis τ secularibus clericis cuiuscunqȝ status vel conditionis existāt:in virtute scte obedientie ac sub interminatiōe maledictionis eterne districtissime phibemus:ne aliqs advouēdum:iurādū:vel fide iterposita:seu alr̃s pmittēdū inducāt:vt apud eorū ecclias sepulturā eligāt:vel iam electā vlterius nō immutēt. ¶ Nos em̄ [si secus actū fuerit] electionē talē decernim⁹ nulli⁹ penitus existere firmitatis. ¶ Statuētes vt hi q̄ sic elegerit:sic apud sic electas ecclesias vllatenus sepeliri:nec alibi [ne Jvo

ni:iuramentū: aut pmissū hmōi a se factū mater iam habeat veniendi] possint eligere sepulturā:sed ꝯdictione quacūqꝫ cessante sepeliantur oino apud illas ecclesias:apud quas sepeliendi de iure fuissēt:si al's sepultura nō electa forsitan decessissent. ¶ Si vero ijdem religiosi vel clerici predictos i suis eccl'ijs vel cimiterijs p̄sumpserint sepelire:ad restitutionem tam sepultorum corporum[si petantur]ꝙ etiaꝫ omniū que occasione sepulture illoꝝ puenerint quomodolibet ad eosdem:infra decendiū integraliter faciendā ip̄os obligatos esse cēsem⁹ ¶ Quam nisi fecerint:ecclesie ip̄e apud quas sepulti fuerint:necnon ⁊ cimiteria earundem: extunc ⁊ ip̄o sint:⁊ tādiu maneant ecclesiastico supposita interdicto: donec ab eis facta fuerit restitutio plenaria omnium predictorum.

¶ Idem. Capitulū.ij.

Cum quis cuius maiores sunt soliti ab antiq̄ in aliqua eccl'ia sepeliri ea dimisissa eligit alibi sepulturā:canonica portio dimisse nō debetur eccl'ie:sed illi dumtaxat in qua ille officia consue-

uit audire diuina: et ecclesiastica recipe re sacramēta. ¶ Cū ab eo qui duo habz domicilia se colliteans equaliter i vtroqꝫ: in loco tertio elegitur sepl'tura. domicilior ecclesie habebunt inter se diuide re canonicam portionē. ¶ Siq̄s antiqua dimissa nouā et in loco minus religioso elegerit sepulturā electionē hmōi [lz iura sup hoc videātur esse diuersa] neqꝫ volumus impugnari. ¶ Idē. Cap.iij.

IS qui habz domiciliū i ciuitate vl' castro q̄nqꝫ ad villā ruralē se trāsfert recreationis cā: vl' vt ruralia exerceat in eadē: si nō electa sepl'tura decedat ibidē: nō in eccl'ia dicte ville: sed in sua prochiali: vel in ea potius in qua maiorum ipius ab antiquo sepultura extitit sepeliri debebit. ¶ Dummodo absqꝫ periculo ad ipsam valeat deportari.

¶ Mulier aūt q̄ plres viros hūit successiue: si sepl'turā nō eligat ē cū viro vlt' lo. cui⁹ domiciliū: ꝯtiet ꝛ honorē tumulanda.

¶ Licet pr̄ mi= ¶ Idē i eodē. Ca.iiij. nores filios q̄ nequnt anteqꝫ ad annos pubtatis puēiāt eligē sepultura possit [si cōsuetudo terre id hēat] q̄ voluerit sepe

lire hoc tñ hoc potest vbi cõsuetudo hu=
iusmodi nõ habetur:sȝ sunt cũ suis ma=
ioribus vel in parrochiali ecclesia tumu
landi. ¶ Quis aũt filiusfamilias absq̃
patris assēsu sibi possit libere eligere se
pulturā ꝓ aīa tñ sua p̄ter ipius assensũ
[nisi peculiũ castrēse aut quasi castrēse
habeat] aliquid iudicare non potest.
¶ Idem in eodem. Cap.v.
¶ Religiosi ¶ [Nisi a ppijs mõasteriȷs
adeo forsitan sint remoti: q̄ ad ea cum
moriũtur cõmode portari nõ possint] ne
queunt.[Cũ velle vel nolle nõ habeãt]
sibi eligere sepulturā:sȝ sũt apd̄ sua mo
nasteria tumulādi. ¶ De decimis. Gre=
gorius nonus fratribus p̄dicatoribus ⁊
minoribus. Capitulum.j.
Discretioni vestre mandamus di=
strictius inhibentes:ne talia[q̄ au
dientes decimaꝝ seu aliarũ rerũ ecclijs
debitaꝝ solutiõe retrahãt: vł alias aīas
corrũpãt audiētiũ] in s̄monibus vr̄is vel
alibi preponere de cetero presumatis.
¶ Immo varbo ⁊ opere informetis eos
dem: vt ad solutionem predictorũ prom
pte voluntatis animo sint intenti.

¶ Alexan.iiij. Cap.ij.

Statuto pp̄etuo declaramus q̄ in dultū illud ap̄licū qd plerisq̄ ɔcedit: vel noualiū decimas p̄ ea portione pcipere valeāt: q̄ veteres eos contigūt: ad illas noualiū decimas q̄s tp̄e illo q̄ i petratū vel obtētū extitit hoc indultū alij ɜ possidebāt: [cū de hoc ip̄o mentio nulla fiat] nullatenus se extēdit: nec ad a lias etiam nisi in his tm̄ locis vbi veteres tūc [q̄n dictū idultū impetratū fuit] ipsi impetratores habebant: et p̄ eo solūmō portiōe qua ip̄i tp̄e impetratiōis hmōi pcipiebant antiquas. ¶ Statimus p̄terea q̄ idem indultū obtentū ab his qui tp̄e ipetrationis totaliter veteres pcipiebāt decimas. vltra medietatē decimarū noualiū nullatenus extendat: q̄ nō ē veri simile si tūc de plena ɜ integra pceptio ne veterū fuisset exp̄ssū q̄ ap̄lica sedes pariter ɜ similiter noualium decimas in tam graue prochialiū eccl'iarū dispēdiū indulsisset: q̄q̄ rōne talis idulti/siue i petrati iā/siue impetrandi deinceps nō possit in noualibus que amodo fient/ vendicari et aquiri: vel percipi plus q̄

medietas decimarũ ipsorum noualiũ: et si amplius in veteribus habebat cũ nõ sit dicẽdũ asperũ:sed piũ potius et benignũ:si sup decimis futurorum noualiũ cõtra prochialiũ ecclesiarũ grauamẽ[quod ex districtione iduliti hmõi possit accidere]taliter obuiatur.¶ Religiosus tamẽ cisterciẽn. et carthusiẽn. ordinũ statuto et declaratione hmõi[quantum ad hos duos articulos:vz de medietate decimarũ nouaiiũ]comprehendi nolumus vel cõstringi.¶ Ubi autem p huiusmodi concessiones decimarũ parrochiales ecclias adeo grauari contingit:quod earũ rectores de ipsarũ redditibus congrue sustẽtari et cõmode iura epalia exhibere nõ pñt: prouideat p locorũ ordinarios et ordinet taliter:quod eisdẽ rectoribus tm̃ de illarũ relinquãtur pũẽtibus quod exinde competẽtem sustẽtationẽ habere:et epalia iura soluere valeãt:aliaque onera debita supportare.¶ Sane quãuis forte a religiosis exẽptis et aliis fiant infeudationes de decimis detentis a laicis: iidem laici quod illas ab ipsis religiosis in feudũ teneãt recognoscãt:nõ tñ licent religiosis eidẽ

post talem infeudationem vel recognitionem sic de facto presumptã huiusmodi decimas de manibus laicoꝝ ipsum acquirere vel recipere absq; diocesanoꝛuz episcopoꝝ assensu. ¶ Illas autem decimas intelligimus posse taliter a religiosis de manibus laicoꝝ recipi vel acquiri que ante lateraň. concil. ipis laicis in feudũ ꝑpetuo fuere concesse. ¶ Diocesani vero parochialiũ ecclesiaꝝ ad requisitionem rectoꝛum earundem: de ipsis religiosis super decimis quas habent/ vel eos habere ɔtinget: quequidẽ al's ad ipsas spectauerũt ecclesias [nisi de rebus exemptis agatur] exhibeant iusticie cõplementum.

¶ Ceterum iidem religiosi/ taz exempti q̃ȝ non exempti: de terris et possessionibus acq̃sitis hactenus ⁊ ammodo acq̃rẽdis decimas integre soluant illis ecclesiis: quibus eedem possessiones ⁊ terre prius fuerant decimales: nisi super hoc speciali iure vel priuilegio sint muniti. ¶ Nec pro eo ꝙ forte in aliquibus prochiis oẽs maioꝛes decimas: seu ptẽ illaꝝ acq̃rũt de manibus laicoꝝ: pñt ꝑ eadez

vel simili portione[si de nouo postmodū fiant noualia]in eisdem petere vel percipere noualium decimas earundem: nisi alia rationabilis[per quam hoc facere valeant]causa subsit.

¶ De regularibus et transeuntib⁹ ad religionem.

Innocentius quartus.

Capitulum primum.

IS qui monasterium ante.xiiij.annum vt monachus efficiatur ingreditur[nisi eo completo professionem faciat in sequenti: vel habitum religionis suscipiat:qui dari pficientibus cōsueuit seu professionem a se prius factam ratā expresse habeat]libere potest infra ipsum sequentem annum ad seculum remeare ¶ Quod si per totum sequentem annū in monasterio permanserit:vbi professorum et nouitiorū sunt habitus indistincti:professionem per hoc fecisse:vel si quā prius fecerat ratam habuisse videtur. nisi tanta indistincto ibi habitus habeatur:q̄ ꝛ professi ꝛ nouitij ac etiam alij cōmunem vitam cum eis ducentes / simili penitus habitu induantur. ¶ Qui vero

post quartūdecimū ānuz habitū religio nis assumpserit si p annū illū gestauerit extūc religionē assūmptā presumitur veraciter esse professus: vbi professi a nouitiis dissimilitudine habitus minime distinguuntur / etiā si alii degētes cū eis similibus vestibus coutātur: qm̄ cū iā hic ad discretionis annos puenerit: q̄d agat agnoscit / ac ideo susceptum discretionis tp̄e ordinē [post q̄ hūc ānū pbauerit spacio] intelligit firmiter approbasse. Sec9 autē in illo q̄ an̄ discretiōis ānos habitū induit regularē: cū eoꝝ q̄ tunc agit plenum non habeat intellectum.

¶ Distinctos q̄s seu dissimiles itelligimus esse habitus: siue nouitiis: siue professis dissimiles vestes dētur: siue bn̄dicāt cū pfitentibus pcedūtur: siue etiā aliq̄d aliud fiat / p quod nouitioꝝ a pfessoꝝ habitus discernatur. ¶ Alex. iiii. fratribus predicatoribus et minoribus.

Capitulum secundum.

Non solū: et infra. Licet zelū aiaꝝ habētes eas lucrari dn̄o sollicite cupiatis: qr tn̄ decet et expedit vt conscientie puritati nō desit iudiciuz rōnis: ne vnde

spūalis pfectus q̄ritur salutis dispēdiū
subsequat. ¶ Uobis de fratrū nr̄oꝝ con
cilio in v̄tute obediētie ꝛ sub pena excōi-
catiōis auctoritate pn̄tiū districtius inhi
bem⁹: ne añ annū pbatiōis elapsū [q̄ est
marie in subsidiū fragilitatis hūane re-
gulariť institut⁹] queq̄ȝ ad cōfessionē ve
stri ordis: seu renūciationē ī seculo faciē
dā recipere: nec cōstitutū infra hmōi an
nū aliq̄ten⁹ īpedire: q̄min⁹ ifra ipsuȝ ad
aliā religionē quā maluerit trāseat: vel
nisi [maior tn̄ q̄ttuordeci annis existens]
pfessus sit tacite vel expresse: aut euidē-
ter cōstet illū vitā voluisse mutare: quod
tn̄ nō p̄sumiť nisi clara pbatione vel cō-
petētib⁹ indiciis ostēdat: oino ad seculuȝ
prefata vel persona roma. pon. christi vi
carii qui pater est omniū et fratrum mi
norū nihilominus specialis. Ne talium
rerū sub incerto videatur esse domini um
cū patri filius suo modo: seruꝰ dño: ꝛ mo
nachus monasterio res sibi oblatas: cō
cessas vel donatas acq̄rant: omniū vten
siliū ꝛ librorū ac eorū mobiliū p̄sentium
ꝛ futurorū que et quorū vsu fructū. s. or
dinibus vel fratribus ipsis licet habere
proprietatem et dominum [quod et fe.
re. Inno. papa. iiii. prede. no. fecisse dino
scitur] in nos ꝛ romanam ecclesiam ple
ne et libere pertinere hoc presenti con
stitutione imperpetuum valitura san
cimus.
¶ Preterea loca empta de elemosinis
diuersis et oblata seu cōcessa fratribus
sub quacunq̃ forma verborū [licet fra
tres sibi cauere debeant: q: huiusmodi

verbis statui suo incompetentibus non vtantur] a diuersis seu pro idiuisio possidentibus: seu certas partes in ipsis locis habentibus in quibus ipsi possidentes pro indiuiso seu certas partes habētes nihil sibi in oblatione seu concessione huiusmodi reseruarint: similiter ꝛ in ius et dominum ac proprietatem nostrā et ecclesie predicte eodez auctoritate suscipimus

¶ Loca vero seu domos pro habitatione fratrum a singulari persona vel collegio vel ipsis fratribus ex integro concedenda seu etiam offerenda.[si talia de voluntate conferentes fratres inhabitare contigerit] perseuerante tantum voluntate concedentis inhabitent.

¶ Ac illa libere preter ecclesiam et oratoria ad ecclesiam destinata: ꝛ cimiterium que tam ad presentia ꝙ ad futura in ius ꝛ proprietatem nostram et predicte Romane ecclesie simili modo/et auctoritate recipimus mutata concedentis voluntate: ac ipsis fratribus patefacta dimittant. in quorum locoꝝ dominio seu propietate nihil nobis vel pre-

sate romane ecclesie retinem⁹ omnino: nisi ea specialiter de nostro seu ipsi⁹ romane eccl'ie recipiātur assēsu: ⁊ si in eisdem locis reseruauerit dominuz sibi in concedendo concedens | preter inhabitationem fratrum tale dominium in ius ecclesie sepedicte non transeat: sed poti⁹ plene liberum maneat cōcedenti. ¶ Insuper nec vtensilia nec alia preter eorū vsum ad necessitatem ⁊ officiorū sui status executionem [non enim omniū rerum habere debent vt dictum est] ad vllam superfluitatez: diuitias seu copiam que deroget paupertati: vel ad thesaurizationē vel eo animo vt ea distrahant siue vendant: recipiant. nec sub colore prouidentie in futurum: nec alia occasione quinimmo in omnibus appareat i eis quo ad dominiuz omnimoda abdicatio ⁊ in vsu necessitas. Hoc aūt secūdū exigētiam psonarum ⁊ locorū: ministri et custodes simul ⁊ separatim in suis administrationibus ⁊ custodiis cuz discretione disponant. cum de talibus interdum personarum. qualitas: temporum varietas: locorum cōditio: ⁊ nonnulle alie cir-

cunstantie plus minus ve ac aliter prouideri requirant/ ista tamen sic faciant: quod semper in eis et eorum actibus paupertas sancta reluceat: prout ipsis et eorum regula inuenitur indicta. ¶ Ceterum cum in eadem regula sit sub precepti districtione prohibitum: ne fratres recipiant per se vel per alios denarios vel pecuniaz vllo modo idque fratres imperpetuum seruare cupiant: et velut iniunctum necesse habeant adimplere ne ipsorum puritas in huiusmodi obseruatione precepti maculetur in aliquo et ne fratrum conscientie aliquibus aculeis stimulentur. Articulum istum propter detrahentium morsus profundius quam nostri predecessores fecerint assumentes ac ipsum clarioribus determinationibus prosequentes: dicimus imprimis quod fres ipsi a mutuis contrahendis abstineant. cum eis mutuum contrahere [ipsorum statu considerato.] non liceat possint tamen ipsi pro satisfactione facienda pro eorum necessitatibus que pro tempore occurrerint [Cessantibus elemosinis: De quibus satisfieri commode tunc

non posset] citra cuiuslibet obligatio=
nis vinculum dicere q per elemosinas
et alios amicos fratrum absolutionem
huiusmodi faciendam intendat fideli=
ter laborare. Quo casu procuretur a fra
tribus q ille qui dabit elemosinam per
se vel per alium non nominandum ab
ipsis si fieri poterit] Sed ab eo potius
iuxta suum beneplacitum assumendus:
huiusmodi satisfactionem faciat in to=
tum vel in partem: prout sibi dominus
inspirabit. Si tamen ipse hoc nolet face
re: vel non posset: vel quia recessus eius
immineat: aut quia quibus hoc velit cō
mittere noticiam non habet fidelium p=
sonarum: seu quacūq alia occasione
vel causa declaramus et dicimus q in
nullo regule puritas infringitur: aut q
modolibet ipsius obseruantia macula
tur. si fratres ipsi alicuius vel aliquorū
sibi curent dare noticiā vel aliquos seu
aliquem nominari: aut etiam presenta
re: cui vel quibus si elemosinam facien
ti placuit: committi possit executio pre=
dictorum ac ipsius habeatur assensus
super subrogationibus infrascriptis.

Ita tamen q penes ipsum dantem dominio: proprietate/ac possessione ipsius pecunie cum libera potestate reuocandi sibi pecuniam ipsam semper vsq ad cõuersionem ipsius in rez deputatam plene: libere ac integere remanẽtibus: in ipsa pecunia nihil oĩno fratres iuris habeant nec administrationem seu dispensationem: nec ꝯ personã noiatã vel non nominatã ab eis cuiuscunq conditiõis existat: in iudicio vel extra actionem/persecutionez/aliquod aliud ius intentent: qualitercũq persõa predicata i commissione huiusmodi se habeat/ liceat tamẽ fratribus suas necessitates isinuare ac specificare vel exponere persõe predicte ac eam rogare q soluat. Possint etiã p sonam eandem exhortare ac inducere q fideliter in re commissa se habeat: et anime sue saluti in commissa sibi executione prouideat. Ita tamen q ab omni eiusdez pecunie administratione: seu dispensatione/et contra predictam personã actione seu persecutione[vt predictũ est [fratres abstineant omnimodo. Si vero personã huiusmodi noiatã vel

non nominatā a fratribus [quo minus p se possit exequi quod pdicit] cōtigerit p absentiam: īfirmitatē: voluntatem seu locorū distātiā ad que ipe nolet accede- re in qbus eēt solutio seu satisfactio fa- ciēnda: vel p occasionē aliā ipediri: lice- at fratribus cū consciē puritate quendā aliā psonam subrogādā ad premissa in nolando ꝛ aliis [si ad pmū dantē nō pos sint vel nolint habere recursum] cū ista psona facere: sicut supra prime declara uimus eis licere cū prima. duarū em p- sonarū ministeriū p viā subrogationis [vt dictum est cōmunius ꝛ gnāli⁹ videt posse in pdictorū executiōe sufficere: cū predicta satisfactio psumatur posse ce- leriter expediri. Si tamen [vt īterdictū est] ppter locorū distātiā i quibus esset satisfactio facienda: ꝛ cōditionis seu cir cunstātias alias casus emergeret i quo videretur plurium personarum subro- gandarum ministerium opoitunum: li- ceat ipsis fratribus in hoc casu iuxta ne gocii qualitatem [seruato modo predi- cto] plures personas assumere nomina re seu presentare ad istud ministerium

exequendum. ¶ Et quia oportet et expedit fratrum necessitatibus: non solum illis pro quibus iam esset solutio satisfactio facienda vt superius proxime dictum est. sed etiam imminentibus: siue tales necessitates ingruentes immineant que breui tempore expediri valeant: siue tales licet pauce comparatiue quarum prouisio et sui conditione necessario tractu temporis habet: vt in libris scribendis: ecclesiis seu edificiis ad vsum habitationis ipsorum construendis/libris et pannis in locis remotis emendis et aliis similibus. Si qua occurrerint cum moderamine supradicto salubriter prouideri.

¶ Sic in istis necessitatibus clare distinguimus: sic in eis fratres posse tute et salua conscientia procedere declaramus videlicet vt ingruenti vel imminenti necessitate que breui tempore / vel que interdum ex aliquibus circunstantiis non sic breui [Ut supra in proximo casu dictum est] valeat expediri. Tam quo ad dantem elemosinam/ quam quo ad nominatum vel substitutum in omnibus

nādos ab obseruādam ipsius regule ac professorū eius omnimodam puritatez: q̄ si presto sit elemosine huiusmodi elargitor: vel eius nuncius qui possit hoc facere & velit: expresse illi pdicatur a fratribus q̄ sibi placeat vt [dominio talis pecunie cum libera potestate reuocandi sibi pecuniam ipsam penes ipsuz semp vsq̄ ad conuersionē ipsius in rem deputatam libere remanente vt in alijs duobus casibus superius dictū est] p quorum q̄s manus pecunia seu elemosina ipsa tractetur: siue personas ab eo vel a fratribus nominatas totum suo consensu: volūtate ac auctoritate procedat. quo assensum suum prebente predictis: secure fratres re empta vel acquisita de illa pecunia per quemcunq̄ [iuxta modum annotatum superius] vti possint. ¶ Ad maiorem autem predictorum omnium claritatez hac imperpetuū valitura prouisionis serie declaramus q̄ fratres [prefatis modis vt predicitur circa pecuniam in supportandis eorꝫ preteritis & ingruentibus necessitatibus obseruatis] non intelligantur: nec dici possint per se vel

per interpositam personam pecuniam re
cipere contra regulam vel professionis
sui ordinis puritatem: cum manifeste pa
teat ex premissis ipsos fratres non soluz
receptione: proprietate: dominio / siue vsu
ipsius pecunie: verum etiam contractio=
ne qualibet ipsius et ab ea pecunia penis=
tus alienos. ¶ In eo vero casu quando
[antequam ipsa pecunia in licitum rei habẽ=
de vel vtende commerciuz sit conuersa]
concedentem pecuniam mori contigerit:
si concedens in concedendo dixerit vel
expresserit quod persona deputata pecuni=
am ipsam in necessarium vsum fratrum
expenderet quicquid de ipso conceden=
te viuendo vel moriendo contingeret: si
ue concedens huiusmodi heredem reli=
querit siue non: possint fratres ad perso
nam deputatam [non obstante concedẽ=
tis morte vel heredis contradictione] pro
ipsa pecunia expendenda recurrere: si=
cut poterant ad ipsum dominum conce=
dentem.
¶ Quia vero puritatem ipsius ordinis
intima cordis affectione zelamur: cuz in
predictis casibus ad determinatam ne=

cessitatem [vt predicitur] per aliquē pecuniam concedi contigerit: concedens pecuniam rogari possit a fratribus q̄ si quid de pecunia ipsa [habita necessitate determinata] supererit: cōsentiat ipse cōcedens q̄ residuum prefate pecunie in res alias pro aliis ipsorum fratrum predictis necessitatibus conuertatur: quo non consentiente predictis ipsum residuum [si quod fuerit] restituatur eidem.
¶ Caueant tamen fratres q̄ sollicite se coaptent vt non plus scienter concedi cōsentiant q̄z verisimiliter extimari possit rem necessariam pro qua pecunia ipa cōceditur valituram.

¶ Et quia predictorum seriosa expositione a dante vel recipiente de facili possit errari. vt clarius vtilitati dantium puritati ordinis: simplicitati aliquorum simplicium: saluti animarum hinc inde securius consolatur / intellectum illum qui satis in hoc casu a sane intelligente percipitur: presentis ac ineternum valiture constitutionis serie lucidamus volentes illum ad communem deduci noticiam: videlicet q̄ semper quādo pe-

cunia fratribus ipsis mittitur vel offer-
tur [nisi expresse permittentem vel offe-
rētē aliud exprimatur] predictis modis
prorsus oblata intelligatur et missa.
Non enim verisimile est aliquē elemosi
ne sue sine expressione modum illum ap-
figere per quem et donās merito: vel illi
quorum necessitatibus intendit per do-
num huiusmodi prouideri: vt effectu do
ni vel sue conscientie puritate fraudētur
¶ Ad hec quia fratribus ipsis interdū
in vltimis volūtatibus sub diuersis mo
dis nonnulla legātur: nec expresse quid
de his agendum sit: in regula vel prede
cessorum nostrorum declarationibus con
tinetur: ne in ipsis dubitari contingat in
posterum prouidendo legantibus et fra
trum conscientiis precauendo declara-
mus: ordinamus et dicimus quod si testa-
tor modum secundum quem fratribus
[eorum conditione inspecta] recipe non
liceret exprimat in legando: vt si legaret
fratribus vineam vel agrum ad excolē-
dum: domum ad locandum vel similia
verba i similibus proferret: aut modos
similes in relinquēdo seruaret: a tali le-

gato & eius receptione per omnem modum fratres abstineant. Si vero modū licitum fratribus in legando testator expresserit vt si diceret lego pecuniam pro fratrum necessitatibus expendendā:vel domum:agrum/vineas & similia: ad hoc q̄ per certam personam vel personas idoneas distrahantur:& pecunia de reb⁹ ipsis accepta:in edificia vel alia fratrū necessaria conuertatur: aut in legando similibus modis vel verbis vtatur. In hoc casu illud in omnibus et per omnia [consideratis eorū necessitatibus & moderaminibus supradictis] quantum ad fratres seruari decernimus quod per nos est superius in cōcessis pecuniarijs elemosinis declaratum. Ad que legata soluenda tam heredes testatorū q̄ executores se liberales exhibeant.
Et etiam prelati et seculares quibus de iure vel consuetudine prouisio ista competeret [cum expediret] se ex officio suo promptos exhibeant ad pias voluntates deficientium adimplendas. Nam et nos etiā p̄ modos licitos & fratrū regule ꝯgruos itēdimus ꝓuidere: q̄ heredū

cupiditas legitimis ictibus ferietur: ne pia defunctorum destituatur intentio: ac ipsi fratres pauperes oportunis auxilijs non fraudentur. Si vero fratribus ipsis generaliter aliquid absq; modi expressione legetur: in hoc legato sic indeterminate relicto in omnibus et per omnia intelligi ac seruari volumus & imperpetuũ presenti constitutione iubemus quod supra in pecunia seu elemosina fratribus indeterminate oblata vel missa voluimus ac expressimus obseruari: videlicet vt sub modo licito fratribus intelligatur esse relictum: ita q nec legãs merito: nec fratres ipsi effectu relicti fraudentur.

Quia vero libros & alia mobilia quibus tam ordo q̃ fratres vtunt: quorum dominium [cum non sint dominij aliorum] ad prefatam ecclesiam specialiter spectare dinoscitur: interdum contingit seu expedit vendi vel etiam commutari: fratrum vtilitatibus et eorum conscientijs prouidere volentes: eadem auctoritate concedimus vt commutatio talium rerum & ad eas res quarum vsum

fratribus licet habere de generalium et prouincialium ministroꝝ in suis admi nistrationibus coniunctim vel diuisim auctoritate procedat quibus etiam de di spositione vsus talius reruꝫ cōcedimus ordinare. ¶ Si vero res huiusmodi esti mato precio vendi contingat: cum fratri bus ipsis per se vel per alium recipere pecuniam [regula prohibente] non lice at: ordinamus et volumus ꝙ talis pecu nia seu precium recipiatur et expēdatur in rem licitam: cuius vsum fratribus li cet habere per procuratorem a prefata sede vel a cardinali: gubernationem per ipsam sedem gerenti eiusdē ordinis de putandum iuxta modum in superiorib⁹ necessitatibus preteritis ꝛ ingruentibus ordinatum.

¶ De vilibus autem mobilibus vel pa rum valentibus liceat ex presenti nostra concessione fratribus [pietatis seu deuo tionis intuitu: vel pro alia honesta et rō nabili causa] obtenta sup hoc prius su perioꝝ suoꝝ licentia iuxta quod int fra tres in genarali vł ꝓuincialib⁹ capitu

lis:tam de ipsis rebus vilibus seu parū valentibus et earum valore: q̄z prefata licētia scilicet a quibus et qualiter sit habenda extiterit ordinatum: intra et extra ordinem alijs elargiri.

¶ Licet autem contineatur in regula q̄ fratres habeant vnam tunicam cum caputio ⁊ aliam sine caputio: ⁊ videri possit illa fuisse instituentis intentio q̄ necessitate cessante pluribus non vtantur declaramus q̄ possint fratres de licentia ministrorum ⁊ custodum coniunctim et diuisim in administrationibus sibi commissis cum eis videbitur [pensatis necessitatibus ⁊ alijs circunstantijs que secūdū deum et regulam attendende videtur] vti pluribus: nec per hoc videantur a regula deuiare: cum etiam in ipsa dicatur expresse q̄ ministri et custodes de infirmorum necessitatibus et fratribus induendis sollicitam curam gerant: secundum loca et tempora: ⁊ frigiditas regiones. Et q̄z q̄z predicta regula contineat: q̄z de fratribus induendis ⁊ necessitatibus infirmorum ministri tantum ⁊ custodes sollicitam curam gerant: ⁊ dictis

illa tãtum adeo ministros et custodes in hac cura perstringere videatur: q ab ea ceteros prima facie excludat: quia tamen sollicite considerare nos conuenit et tempus regule instituте quo fratres isti ad comparationem presentem numero pauci erant: et forsan ministri et custodes videbantur tunc ad ista procuranda posse sufficere: ac nihilominus multiplicationes fratrum et moderni temporis qualitatem nec sit verisimile beatum Franciscum institutorem regule vel ipsis ministris et custodibus impossibilitatis iugum voluisse perfigere: vel ex ipius impossibilitatis cõsequentia fratres ipsos suis necessitatibus velle carere: concedimus q ipsi ministri et custodes possint p alios huiusmodi cure sollicitudinem exercere. Debent etiam et alij fratres curã huiusmodi que prefatis ministris ac custodibus precipue icumbit e ex hac regula cum sibi ab illis commissa fuerit gerere diligenter. ¶ Continentur quoq i regula q fratres quibus gratiã dedit dominus laborandi laborent fideliter et deuote. Ita q [excluso ocio anime inimi-

to]sancte orationis et deuotionis spiritū non extingant.
¶Quia vero ex verbo isto fratres ipsos de ociositate vite et de regule transgressione improbe notare interdum hactenus aliqui sunt conati:nos morsus huiusmodi nefarios reprimentes:declaramus quod cōsideratis verbis predictis et forma seu modo loquendi sub quibus fratres ad huiusmodi exercitium inducuntur non videtur ea fuisse instituentis intentio: quod vacantes studio vel diuinis officijs et ministris exequendis manuali labori seu operationi subijceret:vel ad hoc illos arctaret.
¶Cum exemplo christi multorum sanctorum patrum labor iste spiritualis tanto illi preponderet: quanto que sunt anime corporalibus preferuntur.
¶Ad alios vero qui se in predictis spiritualibus operibus non exercent nisi tales aliorum fratrum licitis seruitijs occupantur[ne ociose viuant]verba predicta declaramus extendi.
¶Nisi et tales tam excellentis et notabilis contemplationis et orationis exi=

sterent/ quod merito propter hoc non essent a tanto bono pro huiusmodi exercitio subtrahendi. fratres enim quicunque studio vel diuinis ministeriis non vacantes: sed aliorum fratrum studio vel aliis diuinis officiis et ministris vacantium seruitiis inherentes tantum pro seruitiis eisdem cum ipsis quibus seruiunt sustentari merentur: quod astruit illa qua lege strenuus pugnator ille dauid iuste decreuit. vez quod descendentium ad prelium: et remanentium ad sarcinas portio equaretur.

¶ Utrum quia expresse continetur in regula quod fratres non predicent in episcopatu alicuius episcopi cum ab eo illis fuerit contradictum. nos in hoc et deferentes regule et nihilominus auctoritate apostolice plenitudinis conseruantes dicimus quod predictum verbum ad literam sicut regula ipsa protulit obseruetur: nisi per sedem apostolicam circa hoc pro vtilitate populi christiani sit concessum vel ordinatum aliud/ vel imposterum concedatur seu etiam ordinetur. Et quia in eodem capitulo regule immediate subiungitur quod nullus fratrum populo penitus audeat predicare: nisi a ministro generali fuerit examinatus et etiam approbatus: ac ab eo per predicatio=

nis officiū sibi sit concessum. Nos et sta=
tutum preteritum ipsius ordinis in pau=
citate sui et modernum in ampliato fra=
trum numero ac vtilitatem animarum
[vt concedet] aduertentes concedimus
nedum generalem examinare et approba
re fratres predicaturos in populis: ac
illis concedere licentiam predicandi qua
tenus persone idonei atem et predicatio
nis officium licentia ipsa respicere put
in regula continetur. verum etiam pro=
uincialibus cū diffinitoribus: quod etiā
hodie obseruari dicitur: et in fratrum p
uilegiis contineri. quam quidem senten
tiam prefati ministri reuocare et suspen=
dere valeant et arctare: sicut et quando
id eis videbitur expedire. ¶ Sed quoni
am in desideriis nostris hoc geritur vt
ad dei gloriam solus proficiat animarū
ac dicto ordini per quē iugiter ad amo=
rem diuinum affectio christiane religio=
nis accenditur: meritum et numerus au
geatur: concedimus et presenti statuto
firmamus licere non solum generali sz
etiam prouincialibus ministris perso=
nas fugientes a seculo in fratres recipe=

re: que ministrorum prouincialium licen
tia per ipsum generalem [sicut expedi=
re viderit] possit arctari. vicarij vero pro
uincialium ministrorum officio vicarie li
centiam hanc sibi nouerint interdictam
nisi per ministros eosdem [quibus hoc
posse committere vicarijs et alijs licere
decernimus] hoc ipsis vicarijs spiritua
liter committatur.

¶ Caueant tamen ipsi prouinciales ꝙ
hoc non indiscrete non passim, sed sic cō=
siderate cōmittant vt illos quibus hoc
committi contigerit fidelibus consilijs
fulciant: que omnia discrete procedant.
Nec idifferenter omnes admittant ad
ordinem: sed illi tm̄ qui suffragantibus
eis / litteratura / idoneitate / vel alijs cir=
cunstātijs possint vtiles esse ordines sibi
ꝙ p vite meritū ac alijs ꝓficere p exēplū.

¶ Insuper dubitantibus fratribus pre
dicti ordinis an pro eo ꝙ in regula dr̄ vt
decedente gn̄ali ministro a prouinciali=
bus ministris et custodibus in capitulo
penthecostes fiat electio successoris om=
nium custodum multitudinem oportे=
at ad generale capitulum conuenire. aut

[vt omnia cum maiori tranquillitate tra
ctentur]sufficere possit vt aliqui de sin=
gulis prouincijs qui vocem habeant a=
liorum intersint. Taliter respondemus
vt scilicet singularum prouinciarum cu=
stodes vnum ex se constituant quem cuȝ
suo prouinciali ministro pro se ipsius ad
capitulum dirigant:voces aut vices suas
committentes eidem. quod etiam con=
stituerint per seipsos: statutū huiusmo=
di duximus approbandum.

¶ Quod idem pre.no. Grego.ix. in casu
huiusmodi dicitur respondisse.

¶ Denique quia continetur in regula su
pradicta ꝙ fratres non ingrediātur mo
nasteria monacharuȝ preter illos quibus
a sede predicta concessa fuerit licētia spe
cialis: quidam hoc de monasterijs paupe rū
monialium inclusarum fratres attenti=
us intelligendum esse crediderint: cum
earum sedes prefata curam habeat spe
cialem: et intellectus huiusmodi per
constitutionem quandam tempore re=
gule date viuente adhuc beato fran=
cisco per prouinciales ministros fuisse
credatur in generali capitulo declarat9:

ijsdez fratres certificari nihilominus postulauerunt an hoc de omnibus generaliter: cum regula nullum excipiat / an de illis solum monasterijs monialium predictaruz debeat intelligi: Nos vtiq generaliter id est prohibitum de quarumlibet cenobijs monialiuz respondemus et nomine monasterij volumus claustrū domos / et officinas interiores intelligi pro eo q ad alia loca vbi homines seculares conueniunt: possunt fratres illi causa predicationis vel elemosine petende accedere. his quibus id a superioribus suis pro sua fuerit maturitate vel idoneitate concessuz exceptis: seu pro predictarum monasterijs inclusaruz ad que nulli datur accedēdi facultas sine sedis eiusdem licentia speciali: quod etiam ipsum idem prede.nost. Grego.ix.in eo casu dicitur respondisse. ¶ Ceterum sancte memorie confessor christi franciscus mandasse dicitur circa vltimum vite sue [cuius mādatū ipsius dicitur testamētū] q vba ipsius regule nō glosent: et [vt verbis vtamur eiusdē] q sic vel sic intelligi debeat non dicatur: adijciens q fra-

tres nullo modo litteras aliq̃s ab apo=
stolica sede petant. ⁊ alia quedam inter=
serens que non possent sine multa diffi=
cultate seruari: propter quod fratres he
sitantes an tenerentur ad obseruantiaȝ
testamenti predicti: dubitationem huius
modi per eundem prede. nost. Grego. ix.
petierunt de ipsoꝝ conscientijs ammo=
ueri. qui [sicut asseritur] attendens peri
culũ animaꝝ ⁊ difficultates quas ꝓpter
hoc possent incurrere: dubietatem de ip
sorum conscientijs ammouẽdo dixit fra=
tres ipsos ad ipsius mandati obseruan
tiam non teneri: quod sine consensu fra=
trum et maxime ministrorum quos vni=
uersos tangebat obligare nequiuit: nec
successorem suuȝ quomodolibet obliga
uit: cuȝ non habeat imperium par in pa
rem. Nos autem circa presentem articu
lum nihil duximus innouandum. ¶ Ad
hoc a nonnullis prede. nostris roma. põ
tifi. circa declarationem ipsius regule et
ipsam regulam contingentia diuersas lit
teras intelleximus emanasse.
Sed nec per hoc mordacium predictoꝝ
cõtra regulaȝ ipsam ⁊ fratres quieuit in

sultus: nec per ipsas litteras statui fratruz prouidetur in multis: in quibus de nouo vel aliter necessario prouidendum esse multorumpostea casuum contingentium experientia indicauit. Nos itaqȝ ne litterarum huiusmodi ⁊ presentis cōstitutionis diuersitas vel intellectus aduersitas in predictorū obseruatione fratrum animos perturbaret: ⁊ vt plenius clarius/⁊ certius eoꝝ statui ⁊ obseruantie p̄dicte regule consulatur in omnibus ⁊ singulis illis articulis quos constitutio ipsa continet. q̄cq̄ ipsi vel eorum aliqui contineantur in alijs litteris apostolicis supradictis. hanc nostram constitutionem/declarationem/seu ordinationez tantum a fratribus ipsis precisē/ac inuiolabiliter decernimus perpetuis temporibus obseruandam. ¶ Cum igitur ex predictis ⁊ alijs per nos cum multa maturitate discussis: regula ipsa licita sancta/perfecta/⁊ obseruabilis nec vlli patens discrimini euidenter appareat: illa ⁊ omnia subscripta per nos statuta/ordinata:cōcessa:disposita:decreta: declarata etiā ⁊ suppleta:de aplice potestatis

plenitudine approbamus/ cōfirmamus
& volumus existere perpetue firmitatis
In virtute obedientie districte precipien
tes: q̄ hec constitutio sicut cetere consti=
tutiones vel decretales epistole legātur
in scholis. ¶ Et quia sub colore liciti non
nulli contra fratres ipsos & regulā in le
gēdo/exponendo/atq̄ glosando possent
dirū virus sue iniquitatis effundere: ac
ipsius constitutionis intellectum ipsum
in diuersas & aduersas sententias p̄du=
centes suis adinuentionibus deprauare
& opinionum diuersitas/ac distortio intel
lectus multorum pios animos posset in
uoluere: & a religionis ingressu multorū
corda subtrahere: talium detrahentium
vitanda peruersitas cogit nos per viam
ipsis ad predicta precludere: & certū pro
cedendi modum hanc constitutionem le
gentibus prefinire.
¶ Itaq̄ sub pena excommunicationis
et priuationis officij ac beneficij districti
precipimus: vt presens constitutio cum
ipsam legi contigerit: sicut prolata est sic
fideliter exponatur ad litteram. concor=
dantie contrarietates seu diuerse vel ad

uerse opiniones a lectoribus seu expositoribus nullatenus inducantur. Super ipsa cōstitutione glose non fiant[nisi forsan per quas verbum vel verbi sensus: seu constructio:vel ipa constructio quasi grammaticaliter ad litteram vel intelligibilius exponatur.] Ne cintellectus ipsius per legem depravetur in aliquo seu distorqueatur ad aliud q̄ littera ipsa sonat. Et ne secundum predicta contra detractores huiusmodi oporteat ulterius laborare: vniuersis ac singulis cu cuiscunque preeminentie/conditionis:aut status districte precipimus ne contra p̄dictam regulam et statum fratrum predictorum seu cōtra premissa per nos statuta: ordinata: concessa:disposita.decreta:declarata:suppleta:approbata/et etiam confirmata dogmatizent:scribāt: determinent:predicent:seu praue loquantur publice vel occulte.

¶ Sed si quid penes aliquem i his ambiguitatis emerserit: ad culmen predicte sedem apostolicam deducatur: vt ex auctoritate appostolica sua in hoc manifestetur intentio.

¶ Cui soli concessũ est in his statuta cõdere: & edita declarare. ¶ Glosantes vero in scriptis constitutionez ipam[!] aliter q̃ eo modo quem diximus doctores vero insuper & lectores dum docent in publico ex certa scia & deliberate intellectũ constitutionis huiusmodi deprauãtes: facientes quoq; commentũ: scripturas seu libellos ac ex certa scientia & deliberate determinantes in scholis seu predicantes cõtra predicta: vel aliqua seu aliquod predictorum [non obstantibus aliquibus priuilegijs vel indulgentijs / aut litteris apostolicis: quibuscunq; dignitatibus: personis ordinibus aut locis religiosis vel secularibus generaliter: vel singulariter sub quacunq; forma vel expressione verborum cõcessis: que nolumus aliquibus ĩ premissis quolibz suffragari] excommunicationis sententie: quã nũc in ipos pferimus se nouerint subiacere: a qua per neminẽ nisi per ro. põ. possint absolui. Insuper tam istos contra quos per nos excommunicationis est prolata sententia: q̃ alios [si qui fuerint] contra premissa vel eorũ aliqđ

venientes: ad sedis memorate volumus deduci noticiā: vt quos ꝓuisus mod⁹ eq̄tatis non arcet a vetitis: cōpescat rigor aplice vltionis. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostre delarationis ordinationis: concessionis: ꝛ dispositionis suppletionis: approbationis: confirmationis: ꝛ constitutionis infringere: vel ei ausu temerario cōtrarie. Si quis autē hoc attentare presumpserit: indignationē omnipotentis dei ꝛ btōꝝ Petri ꝛ Pauli aplo℞ eius se nouerit incursurum. Datum Seriani. xviij. kal. septembris: pōtificatus nr̄i āno secūdo.

¶ Bonifacius. viij. Cap. iiij.

Priuilegiū monasterio tuo concessum vt monachi siue fratres i cellis ad monasterium ipsum spectātibus habitantes: ab alio q̄ꝫ a papa: vel ei⁹ legato excommunicari: aut suspendi: vel ip̄e celle interdicto supponi non possint non fratres in prioratibus ecclesijs seu capillis eiusdē monasterij cōmorantes: aut ip̄os prioratus ecclesias vel capellas ab ordinario℞ iurisditiōe in aliquo: sed residentes tm̄ icellis: ꝛ cellas ipsas [hoc

est loca secreta et solitaria que ab hoim separata conuictu sunt ad contemplandum et deo vacandum specialiter deputata]defendat. Idem. Cap.v.

SIcut nobis significare curasti:tibi graciose cocessimus: vt bnficia clericorum tuorum cedentium vel decedentium possis conferre.quod quidem ijdem clerici pbendarum suarum fructus percipiant:acsi insuis ecclesijs personaliter residerent.

¶ Uerum quia dubitas qui clericorum tuorum appellatione debeant contineri:breui respondemus oraculo: quod illos in his et similibus casibus tuos volum9 intelligi clericos:qui per te non quesiti propterea vel recepti sine fraude et fictione qualibet vere tui clerici familiares existunt et in tuis expensis cotinue domestici commensales: etiam si quos ex in illis aliquando pro tuis gerendis negocijs abesse contingat.

¶ De regulis iuris quas Bonifacius.viij. edidit: et sunt in numere octo et octuagita. ¶ Bonifacius.viij.

BEneficiu ecclesiasticum no pot licite sine institutioe caonica obtineri

Possessor male fidei vllo tpe nō pscribit
Sine possessiōe pscriptio non procedit.
Pctm̄ nō dimittit: nisi restituat ablatum
Peccati venia non datur nisi correctio.
Nemo potest ad impossibile obligari.
Priuilegiū: personale personam sequi-
tur: extinguitur cum persona.
Semel malus sp psumitur esse malus.
Ratum quis habere non potest: quod
ipsius nominē non est gestum.
Rati habitionem retrotrahi: et mandato
non dubium comparari.
Cum sunt partium iura obscura: reo fa
uendum est potius q̄ꝫ actori.
In iudicijs nō ē acceptio psonaꝝ hn̄da
Ignorantia facti nō iuris excusat.
Cum quis in ius succedit alterius: iu-
stam ignorantie causam censetur hr̄e.
Odia restrīgi: et fauores ꝯuenit āpliari.
Decet ꝯcessū a pncipe bn̄ficiū eē māsuꝝ
Indultum a iure beneficiuꝫ non est ali-
cui auferendum.
Non firmatur tractu tēporis: quod de
iure ab initio non subsistit.
Non est sine caulpa qui rei que ad eum
non pertinent se immiscet.

Nullus pluribus vti defensionibus prohibetur.
Quod semel placuit: amplius displicere non potest.
¶ Non debet aliquis alterius odio pregrauari.
Sine culpa[nisi subsit causa]nō est aliquis puniendus.
Quod quis mandato facit iudicis dolo facere non videtur cum habeat parere necesse.
Mora sua cuilibet est nociua
Ea que fiunt a iudice si ad eius non spectant officium:viribus non subsistunt.
Scienti ꝛ consentienti non fit iniuria neqꝫ dolus.
Que a iure communi exorbitant: nequaqꝫ ad consequentiam sunt trahenda.
Quod omnes tangit:debet ab omnibus approbari.
In obscuris minimum est sequendum.
Cum qui certus, est certiorari vlterius non oportet.
¶ Non licet actori quod reo licitum non existit.
¶ Mutare consiliuꝫ quis non potest in

alterius detrimentum.
Generi per speciem derogatur.
Plus semper in se cõtinet quod est minus.
¶ Pro possessore habetur qui dolo desiit possidere.
Utile non debet inutile viciari.
Ex eo non debet quis fructum consequi quod nisus extitit impugnare.
Cum quid prohibetur: prohibent omnia que sequuntur ex illo.
Pluralis locutio duorum numero est contenta.
Imputari non debet ei per quem non stat: si non faciat quod per eum fuerat faciendum.
Accessorium naturã sequi congruit principalis.
Qui tacet consentire videtur.
¶ Is qui tacet non fatetur: sed nec vtiqȝ negare videtur.
Inspicimus in obscuris quod est verisimilibus vel quod plerũqȝ fieri cõsueuit
Is qui in ius succedit alterius eo iure quo ille vti debebit.
Presumitur ignorantia vbi scientia non

Quod ob gratiam alicuius conceditur non est in eius dispendium retorquendum.
Nullus ex consilio[dummodo fraudulentum non fuerit]obligatur.
Exceptionem obiciens non videtur de intentione aduersarij confiteri.
Que contra ius fiunt: debent vtique pro infectis haberi.
In pari delicto vel causa potior est conditio possidentis.
Cum non stat pec eum ad quem pertinet quominus conditio impleatur: haberi debet perinde acsi impleta fuisset.
Quod alicui suo non licet nomine: nec alieno licebit.
Potest quis per alium quod potest facere per seipsum.
In malis promissis fidem non expedit obseruari.
In alternatiuis debitoris est electio: et sufficit alterum adimpleri.
Qui ad agendum admittitur: est ad excipiendum multo magis admittendus.
Qui facit per alium: est perinde acsi faciat per seipsum.

ad id alia non debet admitti.
Contractus ex conuentione legem acci-
pere dinoscuntur.
Damnum quod quis sua culpa sentit: si
debet: non aliis imputare.
Infamibus porte non pateant dignita-
tum.
Certum est q eis committit inlegem: q̄
legis verba completens contra legis ni
titur voluntatem.
Data rome apud sanctum Petrum: qn
to nonas martii. pontifitaius nostri an
no quarto.

¶ Finis.

¶ Uitam bonifacii octa
ui/qui et auctor fuit
Sexti huius de
cretalium.

Uita.

BOnifacius octauꝰ natione hernicus: Patria Anagnimus. benedictus caietanus ãtte vocatus neapolim pontifex creatur in vigilia natalis dñi: Millesimo ducentessimo nonagesimo quarto: vir quidem doctrina et experientia rerum insignis. Diu enim in curia versatus fuerat: et per omnes dignitatis gradus ad pontificatum non sine tñ ambitionis crimine peruenerat. ¶ Nam dum esset sancti Martini in mõtibus presbiter cardinalis: adeo dignitatem pontificatus exoptauit vt nil ambitione et fraude pretermiserit: quod ad eam rem consequendã pertinere arbitraretur. Tante preterea arrogantie fuit: vt ⁊ omnes fere contemneret: ⁊ gratias a Nicolao quarto et celestino quinto factas reuocauerit Gibellinos quoq̃ mirifice persecutus est.

¶ Hinc oritur illa inter pontificem ⁊ colunnenses. Gibellinos contentio: qui etiam Anagnie contra pontificem factio

nis sue partes fouebant.

¶ Hos itaq; maxime vero cardiales duos. Petrum & Jacobum eiusdem familie viros insignes calumniari cepit: q thesauros ecclesie in morte pontificum diripuissent: quodq; libellos famosos contra se sparsissent.

¶ Scripserunt siquidem post illatam sibi iniuriaz ad reges/ ad principes: ad nationes de arrogantia Bonifacij & de ambitione: q contra ius fasq; pontificatus sedem occupasset reiecto fraudibus Celestino: eodemq; in carcerem: coniecto. Sunt enim qui scribant Bonifaciuz immisisse subornatores clanculum quosdã qui noctu dimissa quasi celit⁹ voce in cubiculum celestini hominis simplicis ei psuaderent vt pontificatum dimitteret si saluus fieri vellet.

Citati autem cardinales cum nusq; apparuissent Bonifacij pertinaciam veriti Nepesum enim secesserant vna cuz tota columnẽsium familia publico decreto scismatici habentur.

¶ Beneficijs: dignitatibus: fundis pa-

ternis: castellis: oppidis priuantur: quã priuationem Bonifacius postea in decreti formam retulit vt libro apparet quem sextum appellant. Sumptis deinde armis bonifacius: concitatisq; multis cruce signatis eos opprimere conatus preneste quo se cum sarra viro insigni eorũ patruo receperant obsidione cingit. Dilapsos inde capto ac direpto: preneste zegarolum & colũnam confugientes persequitur. vnde nõ ita multo post abire ob multitudinẽ hostiũ necesse fuit a quibus hec item castella diripiuntur: maxime vero colũne paternũ solũ. Cardinales aũt inde quoq; dilapsi reate petiuere Sarra vero apud antiũ multũ diuq; in nemoribus vixit seuiciam bonifacij veritus: sz in piratarum manus incidens remigio admotus multas calamitates ꝑpessus ẽst: q̃q; sic quidez equiore animo exiliũ pati malet q̃ seuiciam bonifacij experiri: qui Gibellinos omnes vno odio persequebatur. Notuz est illud certe quod procheto dixerit genuensi archiepiscopo ad pedes eius die cinerum prodeunti. Nam cum dici a sacerdote tũ soleat me=

mento homo quã cinis es ꝛ in cinerem reuerteris dixit mutatis quibusdã verbis: memento homo quia gibellinus es ꝛ cum gibellinis in cinerez reuerteris: ꝛ ei usqꝫ oculos cinerem coniecit: nõ in caput vt mos est eundemqꝫ ob nomen factionis archiepiscopatu priuauit: licet postea in integrum restituerit: cum intellexisset cardinales columnenses [quẽadmodum ipse suspicabatur] Genuam nõ petiisse. Pulsis hoc modo columnensibus Bonifacius duplicem celebritatem ꝛ apostolis: ꝛ euangelistis: ꝛ quattuor ecclesie doctoribus: gregorio: augustino: hieronymo: ambrosio statuit. Idem etiã dum in vrbeveteri esset beatum Ludouicum ex regia francorum stirpe ortum nepote ex carolo secundo ordinis sancti frãcisci professum [vt quidem volũt] in sanctos retulit. Idem quoqꝫ ecclesiam quatedralem sancte Cecilie albiensis ciuitatis canonicis secularibus pulsis inde regularibus commisit: instante bernardo castaneto albiensi episcopo. Edidit preterea sextum pontificii iuris codicem ꝛ suo iussu a tribus doctissimis viris com

pilatum: quibusdā decretis nouis a se ad ditis: Urbem quoq Eugubium que Sibellinorum auspiciis ab ecclesia defecerat breui recuperauit. Alberto duci austrie imperii confirmationem bis terq petenti negauit. Mortuo autem Jacobo aragonio cum Robertus cari filius calabrie dux in siciliam traiecisset. Cathina mox cepisset: tantum repente bellū exortum est: vt tota fere italia tumultuaret. Nam et siculi aragonensibus fauentes: comparata classe Philippum Roberti fratrem bello superant: et captū in carcerem coniiciunt: quare Robertus relicta cathina re infecta in italiam reuertitur.

¶ Federicus autem Arago ex hispāia cum exercitu in siciliam delatur: non solum siciliam totam verumetiam calabriam recupauerit. In hetruria vero adeo contra pisanos genuenses exarcerant vt et liburnum ceperit incendioq euerterint: et naues onerarias in fluminis ostio dimerserint: ne pisanis nauigare liceret. Fiebant hec in italia cum magno prouincie detrimento: pontifice nullibi

ad pacem conficiendam auctoritatez suam interponente.

¶ Et ne existimares tum deum cum hominibus pacem habuisse: tantus repente terre motus exortus est: quantus nũq̃ꝫ antea. quo quidem multis diebus ꝑ interualla durãte: plurima edificia passim corruere. Reate pontifex tum erat cum tota curia: qui certe veritusne ruina edificiorum opprimeretur: casulam quandam et tabulatis subtilibus in medio claustro fratrum predicatorum prato admodum lato edificari iussit: eoqꝫ in loco aliquamdiu resedit: licet horrida seuiret hyems.

¶ In celebritate namqꝫ sancti Andree hec ꝑturbatio exorta est. Apparuit tñ ꝙ qꝫ cometes magne alicuius future calamitatis indicium.

¶ Uerum Bonifacius post tantos ⁊ tã diuturnos terre motus ad se rediens: cardinales aliquot creauit: quorum de numero fuere archiepiscop⁹ tolletan⁹: Richardus senensis: Nicolaus taruisinus ordinis predicatorum: magister Iohannes murro ordinis minorum gene-

talis: Petrus hispanus: Jubileũ quoq3 idem retulit anno millesimo trecentesimo: quo plenam delictorum omnium remissionem hic prestabat qui limina apostolorum visitassent: ad exemplum testamenti veteris: licet primo quidem apud iudeos huius longe alia ratio habita sit Jubileum nãq3 quinquagesimo quoq3 anno repetebant: quo debitores a creditoribus laxabantur [vt ait Josephus] et serui libertatem vendicabant: vnde libertatis nomen pre se fert tam animi q̃3 corporis. Naz liberi vere hi dici possũt: quibus peccata remittuntur. Idem etiam cẽtesimo quoq3 anno obseruari mãdauit. Ob hanc rem eo anno tanta vndiq3 hominum multitudo Romam venit: vt vix incedere per vrbem amplam quidem et vastam liceret.
¶ Venerat et romam Carolus valesii comes: Philippi francorũ regis frater qui filiam Balduini vltimi constantinopolitani imperatoris in vxorez duxerat a Bonifacioq3 impetrauerat vt socero suo liceret imperium ipsum repetere: a quo depulsus fuerat. Fecerat id quidẽ

libenter bonifacius q̄ ei i animo erat hõ
rum principium auxilio exercitum in a=
siam transmittere: qui hierosolymã re=
cuperaret. Interim vero dum res ipse
componerentur: & karolum ipsum pa=
trimonio sancti petri cum omni potesta
te prefecit: & legatum in hetruriam mi=
sit: qui nouas seditiones compesceret.
Nam et gibillinis & guelphis ad albos
et nigros transierant. Uerum cum lega
tus nil proficeret: propositis etiam inter
dictis: karolus. Ualesius eo pontificis
mandato prefectus continere florenti=
nos non potuit: quominus albos nõ si=
ne magna cede ab vrbe sua pellerent.
Albi enim gibillini tum appellati sunt.
Sed pontifex hierosolymitanum expe=
ditionem iampridẽ meditatur: apame=
ensem episcopum ad Philippum re=
gem francorum mittit: qui hominem ad
eam rem cohortaretur. Is itaq̄ eo pro=
fectus: cum nil precibus impetraret: mi
nas quidem addidit. Hanc itaq̄ ob rem
iratus Philippus: hominem subito in
carcerem coniicit. quod vbi Bonifacius
rescivit: eo statim misit narbonensem ar

chidiaconum:viruz certe insignem:qui pontificis nomine philippo mandaret: vt missum faceret epm apameensem. Id si non impetraret diceret audictibus oibus regnum Francie ad ecclesiaz deuolui:ob contumaciam philippi: & violatuz ius gentium. Adderetq3 anathema: & omnes francos a iuramento regio ab solueret. Fecit omnia q3 diligentissime archidiaconus ac regem compulit episcopum apameensez dimittere. Rex autem aliqua exparte iniurias sibi a pontifice illatas vlturus: edictum proposuit:ne quisq3 e regno suo Romam proficisceretur:aut eo pecunias mitteret. Secundo vero post iubileum anno: Carolus Ualesius ad karolum secundum cõsobrinum suum se contulit: cuius aduẽtu motus Federicus Arago. pacez his conditionibus petiit & impetrauitvt red ditis que in talia ceperat:ei Siciliam q̃ ad viueret: retinere liceret.

¶ Uerum abeunte ex hetruria: karolo Ualesio: alibi Florentia pulsi: forum Liuii populariter commigrarunt: quoruz de numero habitus est Dantes al

degerius vir doctissimus: & sua vernacula lingua poeta insignis: qui postea redire in patriam persepe conatus est: sz frustra adiuuantibus etiam bononiensibus & Canegrandi veronenciaz domino: quocum postea familiariter aliquandiu dixit Sunt qui scribant Bonifacium hoc tempore Germanii cuiusdam corpus apud ferrarienses iam viginti annis pro sancto cultum exhumari mandasse ac cõburi: habita de eius heresi q̃z diligẽtissima inquisitione. Hunc ego e fatricellis fuisse crediderim: quorum sectatum maxime inualsceebat. Interim vero Philippus rex francie Bonifacii arrogantiam iniquo animo ferens. habito apud Parisios ecclesiasticorum & nobilium magno conuentu: cõmemoratis q; iniuriis a Bonifacio acceptis: eiusq; ambitione & malis artibus ad occupandum pontificatũ quem iniuste teneret ad sedem apostolicam tũ [vt ipse dicebat] vacantem futurum q; consilium appellauit. Quaquidem repercitus Bonifacius habito generali concilio: eiusq; regnum Alberto imperatori subiicit: quem in initio põtifi

basilicam lateranensem: quo execrationes in cena domini fiunt: eo quoque in loco et Philippum regem Francie: et columnenses anathemate notauit. Moritur autem hoc modo Bonifacius: qui imperatoribus: regibus: principibus: nationibus populis: terrorem potiusquam religionem iniicere conabatur: quique dare regna et auferre: pellere homines ac reducere pro arbitrio animi conabatur. Aurum vndique conquisitum plusquam dici potest sitiens. Discant itaque huius exemplo principes omnes tam religiosi quam seculares preesse clero et populis: non superbe et contumeliose: vt hic de quo loquimur: sed sancte et modeste: vt christus rex noster: eiusque discipuli ac veri imitatores: et malint a populis amari quam timeri: vnde tyrannorum pernicies oriri merito solet. Sunt qui scribant hunc quoque discordias inter italos aluisse: maxime vero inter genuenses et venetos: populos quidem nauali prelio satis potentes.

¶ Finis.

¶ Tabula rubricarum Sexti Libri decretalium: secundum ordinem litterarum Alphabeti a quibus inchoantur.

Sexti decretalium.

Sexti decretalium.

Finit Tabula rubricarum.

¶ Sextus decretalium liber hic suam capit periodum Parisius quidem per Uincentium quignon exaratus ꝑ Fran cisco regnault. Anno domini millesimo quingentesimo decimoseptimo. die ve ro penultima mensis Julii.

¶ Impius cum improfundum venerit peccatorum contemnit: sed sequitur euȝ ignominia ⁊ opprobrium.